

Johann Affelmann Heinrich Varenius

Disputatio Theologica & Scholastica De Philippismo Fugiendo

Rostochi[i]: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737584424>

Druck Freier  Zugang



Virt. H. Varen

F. Affelmann,

R. U. theol. 1616.

33
ΣΥΝΘΕΣΙΣ

Disputatio Theologica
& Scholastica
DE
PHILIPPISMO
FUGIENDO:

In quâ

P R Æ S I D E

IOHANNES AFFELMANNO

S. S. THEOLOGICÆ DOCTORE ET

in inelyta Academia Rostochiensis Profes-
sore ordinario

Publicè respondebit

HENRICUS VAREN

Hervordiâ - Westphalus.

*In Auditorio magno, ad diem Augusti
horis à sexta matutinis.*

Rostochi

Typis exscripsit Joachimus Pedanus Acad. Typ.

Anno M. DC. XVI.

33





THESIS I.



Magni omnino nominis ORIGENEM, quem & Adamantium scriptores appellant, in tertia, ut quidam volunt, vel, quod rectius dici puto, secunda, Ecclesie Novi Testamenti fuisse, certum est: ita, ut missis alienioribus ad locum Apocal. 8. v. 10. 11, Lyris de Pelagio, Areta de Diabolo, Artopai & Brigibmanni de Antichristo, Papa, Tossani de Principibus à pietatis norma deficientibus & fortè juliano Apostata in specie, Eglini & Napeiri de Mahometo, Szegedini & D. Chytr. de Samosateno & Ario, Aretij & Marlorati de hæreticis superiorum & nostrorum temporum conjunctim, interpretationibus, itemq; Riberæ explicatione literali & historica, certè nugacissimâ, ut & illorum absurdissimâ glossâ, qui de excisione gentis Cananæ interpretantur, quasi Joannes vidisset non quæ futura sed quæ aliquot mille annis ante facta sunt, explosis, loco hoc Apocalipseus, per MAGNAM STELLAM, cum D. Luthero, & Flacio, ORIGENEM à Spiritu S. notari, planè existimem.

2. Qui Alexandriæ publicè Philosophiam Platonicam, aliasq; humaniores literas, circa annum ætatis 18, & postea Panteno succedens Theologiam profiteri cœpit, tanta celebritate, ut famâ eruditionis, prudentiæ, & vitæ Originicæ excitæ ex remotissimis etiam terris ad eum confluerent; quemadmodum ipse testis est. Hinc Patronum nactus, divitem non minus quàm liberalem; Ambrosium, non illum Mediolanensem Episcopum, sed præfectum aulicum, quem à Valentinianorum erroribus ad fidem converterat, apud Euseb. lib. 9. c. 27. & 21; qui non solum auctor fuit Origeni, ut commentarios in scripturam ederet, sed & ut facilius labor scribendi procederet, septem ei adjunxit & aluit Notarios, & puellas non pauciores, ad scribendum exercitatas, qui invicem sibi per horas succederent. Unde factum, ut Origenes universum Codicem sacrum, Suida scribente, intra 12. annorum spatium, commentando absolveret, Arabum hæresin de mortalitate animarum reprimeret, & præter commentarios innumerabiles, aliquot millia librorum (6000. libros) ederet, ut Hieronymus ipse exclamet: Quis nostrum tanta potest legere, quanta ille scripsit! Vide Origenis laudes apud Nicephor per totum fere librum 5. Ecclesiast. histor. Hieron. in Epistola ad Pammachium & Oceanum.

*de Origenis
qui*

*6000 libros
edidit præter
commentarios
in lib. sac. va-
rios*

3. Tantus vir, seculi istius summum. Oraculum, quàm multos tectos errores, suis in libris, edidit! quàm, è cœlo cadens, juxta vaticinium Apocalypses, flumen scripturæ, cum multarum animarum interitu, corripit! quàm insulsis interpretationibus, scripturæ nimium admiscens philosophiam, scripturam obscuravit, ita ut Lutherus scribat, nullos scriptores Ecclesiasticos ineptius & absurdius tractasse sacras literas, quàm Origenem, & Hieronymum *de serb. arbitrii*. Hic est, qui. 1. Primus herefeseos Arianæ auctor existit, dum inæqualitatem inter Deum Patrem Filium & Spiritum S. constituit, Filium non eo gradu notitiæ novisse Patrem, quo Pater novit Filium, sensit, & Spiritum S. ministrum vocavit: qui. 2. Sicut Christus in terra pro hominibus passus est: ita in aere pro angelis passurum, qui. 3. Ante hunc mundum fuisse alium, & post hunc alium, & post illum rursus alium futurum, 4. legem hominibus servatam non esse impossibilem docuit, qui. 5. Demones & impios damnatos adhuc salvandos credidit, 6. animas hominum præextitisse in cœlo, antequam demitterentur in corpora, & aliquid, ob quod in corpora detruderentur, egisse, somniavit, 7. peccatum Originis abnegavit, 8. Purgatorium, in quo post hanc vitam quidam à peccatis purgentur, statuit, 9. qui viam Pelagianis & Pontificijs parando, causam justificationis operibus ascripsit, 10. de resurrectione corporum, pios non eadem, quæ hîc, membra esse habituros, impiorum autem corpora non resurrectura, desideravit, & alia ejusmodi habuit, quibus sana doctrina in absinthium amarum conversa est. *Vide de his Nicephorum l. 17. c. 27. & 28. fol. 1090. & seqq. Honorium de herefibus pag. 6. Augustin. tom. 5. part. 2. pag. 641. 642. tom. 6. oper. p. 23. Epiphani. tom. 1. p. 172. & seqq.* Ipse etiam Origenes, instar Caiphæ, nescius veritatem prolocutus, de se, contra se, contra celsum lib. 8, omne hæresium genus se callere, inq; omnibus exercitatum esse, solemner fatetur. Neq; est, ut nobis objicias, Socratem, qui lib. 6. *hîstor. Eccles. c. 13.* operose Origenem defendit, calumniatores & maledicos eos appellans, qui, quæ Origenes tradidit, reprehendere conati sunt, vel Ruffinum, qui *in apologia pro Origene* contendit, plerosq; errores, in ejus libris extantes, à calumniatoribus esse insertos, vel Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, & Pamphilum Martyrem, qui itidem Originis patrocinium susceperunt; vel illa, quæ fortè ex Erasmi censura de operibus Originis, adduci possent, obtendas, & cum nostræ ætatis scriptoribus, Sixto Senensi, Gilberto, Genebrardo, Originis defensionem suscipias; Nam id frustra fieri, jam ante Hieronymus, citata *superius Epistola*, ostendit, ubi Origenis opera, dicto modo depravata non esse, monstrat, ita, ut insuper ipsum Origenem errores suos confessum esse, eoq; nomine, pœnitentiam egisse, asserat, *Epistola ad Fabianum Romanum Episcopum*, quo & illud pertinet, quod Epiphanius Origenem anathemate ferit, itemq; quod Nicephorus l. 5. c. 32, cum *Suida in dictione Origenes*, Origenem nimia timiditate ad Christi abnegationem addu-

ctum.

etiam fuisse, & postmodum in Ecclesia Hierosolymitana, postquam ab Ecclesia Christi per excommunicationem proscriptus exularet, lacrymis id publicè testatum fuisse & deplorasse, confirmat. Confer quæ contra Sixtum & Gilbertum Pontificios, disputant hanc in rem, Pontificij, Baronius tom. 4. anno 256. sect. 40. Gretser. lib. 2. de libris prohibitis c. 10. Ribera in proemio in Malachiam num. 10. p. 772. Et Scultetus Theologus Heidelbergensis, aliàs infelix librorum Origenis censor, part. 1. medulla Theol. Patr. p. 163 existimat, si omnia Origenis scripta extarent monumenta, animadversurum lectorem, in omnibus ferè Theologiae locis, contrarias in Origenis scriptis reperiri sententias.

4. Caterum lapsus hi Origenis ita publicitus non innotuissent, nisi Ambrosius, nimis Origenis amator & admirator, illa, quæ secretò Origenes composuerat: (ut sit cum viri alioquin boni aliorum ingenia & labores nimium admirantur) edidisset in publicum, & nisi Arrius, quæ in solis chartis Origenis silentio testæ jacebant, divulgasset, Hieronymo & zonara testibus loc. cit. Arriani certe nomen Arrij, propterea, quod in synodò Nicena damnatus esset, vehementer exosum esse intelligerent, non amplius Arriani, sed Origenistæ dici voluerunt: ut ex Apologia Hieronymi adversus Rufinum apparet. Quod Origenistarum nomen etiam ab antiquis Patribus, Hieronymo, ob quasdam Origeni tributas laudes, tributum legimus. Quæ caussa est, cur Hieronymus ad avertendam omnem à se falsorum Origenis dogmatum suspicionem, in apologia adversus Rufinum, scripta ejus appellet venenata, vim scripturis facientia, alibi ut in Epistola ad Avitum, in libro adversus errores Joannis Hierosolymitani, in Epistola ad Pammachium, ejus errores recenseat, cujus laudari ingeniū, nō fidem, quem commendari ut interpretem, non ut dogmatistam, & cum singulari judicio libros Origenis legendos moneat ad Tranquillinum Epistola 76, ne audiamus illud Prophetæ: vñ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum, qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum. Conf. Cassiodorum lib. de divin. lection. c. 1. Et sanè nullius unquam de Doctoris in Ecclesia nominæ, inter viros excellentissimos, apud Patres, plures obortas fuisse contentiones, quàm de scriptis Origenis, fatebitur, qui, non Thynni more, limis aut altero tantum oculo, Patres inspexerit; quibusdam ea damnantibus, quibusdam defendentibus, quibusdam (inter quos & Augustinus fuit antequam erudiretur ab Hieronymo) dubitantibus.

5. Hujus Origenis apostatæ auctoritate apostasian suam ad Calvinianos, in articulo de cœna Domini, ruetur, PHILIPPUS MELANCHTON, in judicio, quod nimis Calvinisticè scripsit, ad Electorem Palatinum Fridericum anno 1559. Quid mirum? cum eicada cicadæ chara sit, cum unius, cujus Origenes, Philippus fatinæ fuerit, & ovum ovo, lac lacti, non tam sit simile, quàm tempora Origenis temporibus Philippi Melanthonis. Vera me dicere,

A 3

prim-

Principio disputationis hujus, non demonstrabo, ne idem bis repetam, quia hæc de Philippo instituta & plenè evoluta disputatio, abundè cordato lectori id ipsum confirmabit. In qua, absq; ullis verborum lenocinijs, id quod res est, quà demum cumq; fiat vicinorum quorundam gratià, dicturus sum, id nempe, quod ex utilitate Ecclesiarum vicinarum esse, multis cum dolore, mecum animadvertunt.

6. De sapientissimo inter homines, post Christum, quis ille fuerit, inter Theologos questio est. Ego Adamum fuisse statuo. Pererius, Apostolos fuisse disputat *lib. 5. pag. 169*, quod nego, 1. quia Apostoli ex parte cognoverunt *1. Cor. 13. v. 9.* 2. quia in hac vita imago Dei, quæ erat in Adamo, quantum scientiam attinet, plenè non restituitur. Alij Salomonem fuisse contendunt, quia *1. Reg. 3. v. 12* omnibus hominibus dicatur sapientior: Sed & hoc nego: nam illud scripturæ elogium, intelligendum est, vel de hominibus post lapsum, vel, quod, non sine ratione, probabilius puto, de Regibus Israël prioribus, & quidem ut Dn. D. VVellerus ostendit, de rebus tantum Politicis; cum divinarum scientià, & Prophetiæ dono David Salomonem longè superavit. At novi Reformatores Calvinistici, qui Philippistæ lubentius audiunt, primas Philippo Melancthon dubio procul deferent, quem ita suspiciunt, ut apostasian, in illo, à nostris licet oculariter demonstratam, tamen agnoscere nolint, quasi in hunc cadere non potuisset, cujus tamen ipse Adamus obnoxius factus est.

7. Erunt, qui in principio nobis occurrent, & inter hos fortè viri ingenui, & nondum Calvinistæ, hæc quæ adserimus, de Philippo, si maxime sint vera, tamen reticendos fuisse viri tanti, tam eximie de Ecclesia meriti, naves, & cum Semo & Japheto, Patrum nostrorum pudenda esse regenda, non, cum Chamo, Gen. 9. v. 22. ostendenda. Quibus nescio an Joannis Gersonis Cancellarij Parisiensis Consilium placeat, quo contendit, sacerdotes inferiores esse reprehensibiles, summos verò sacerdotes (urpote Episcopos, Cardinales &c.) non debere reprehendi. Qui si Politici erunt, & Icti, ijs ipsa juris Pontificij decreta contrarium decernentia, propono, in decret. 22. q. 5. dist. 81. c. si quis dist. 83. c. si quis: quæ si repudiant, cum Theologis, scripturæ considerabunt testimonio *Esa 56. v. 10. Jer. 4. v. 9. Ezech. 33. v. 6. Ose. 9. v. 8. 1. Sam. 2. vers. 30. Psal. 109. v. 8.* & præterea instituti nostri rationes expendent: quarum non unam dat nobis Sacra Nomenclatura. 1. Prophetæ & Apostoli non dubitarunt suos lapsus, eosq; horribiles, literarum monumentis committere, & ad posteritatis lectionem traducere. Moses ipse suam in Deum inobedientiam *Exod. 3. v. 11. & seqq. c. 4. v. 1. & seqq.* incredulitatem *Num. 20. v. 6. Deut. 1. v. 37. c. 3. v. 26.* describit: David, de adulterio suo & homicidio carmen conscripsit *Psal. 51*; Paulus se olim blasphemum & Christiani nominis atrocissimū hostē fuisse

con-

confessus 1. Tim. 1. 6. 13. H. Ex eadem scriptura discimus, quod pii illi de se
 statuerunt, idem etiam alij, de se libenter permisisse. Ut maxime enim Pau-
 lus Gal 2. 6. 11. aperte scribat, Petrum à se graviter Antiochia objuratum, Pe-
 trus tamen, ob id, illi non succensuit, sed potius carissimum fratrem nomina-
 vit. 2. Pet. 3. 6. 15. III. Magnæ existimationis, majoris utiq; erant, quàm
 apud nostrates unquam fuit vel erit Philippus, Rabbinus & Seniores illorum, ap-
 ud populum Israeliticum; ita, ut ratum haberent, quicquid ab illis sancitum
 et Christus corruptelas, licet sub nomine τῶν δεξαίων invecas, Matt. 5.
 evertit & evertit. Non dicam IV. de Petri lapsu, Salomonis idololatria,
 Aaronis infidelitate, & aliorum sanctorum hominum delictis, in sacris literis
 expressis, quarum etiam pro publicis concionibus, in Academijs, & apud vul-
 gum, mentionem, absq; reprehensione Philippistarum, facimus, multo minus
de juda proditore, quæ possem jure merito; adducam, ne nimium Philippistas
 offendam, sed vel solum Spiritus S. judicium nos tuebitur, qui non parcat pu-
 blicè, amplissimis tum præsulibus, non Episcopo Ephesino, non Pergamenis,
 non Thyatirensi, non Sardienis, non Laodicensi, ne quidem Nicolao, qui unus
 fuit ex illis septem, quos Apostoli Diaconos ordinaverant Act. 6. 6. 5, quia
 auctor perverſæ opinionis exitit. Apocal. 2. & 3. V. Malleus equidem, si
 per nos statet, tanti viri, Philippi, labem, perpetuè occultare, nisi partim Cal-
 vinianorum præposteræ gloriationses, partim cryptoCalvinianorum artes, qui-
 bus, sub Philippi pallio, Calvinismum, nemine animadvertente, purioribus
 Ecclesijs obtrudunt, suaderent contrarium. Intelligunt enim Calvinistæ, tam
 aperti quàm operti, receptis, absq; contradictione, in Ecclesiam, scriptis Phi-
 lippicis, nullo negotio invehi posse in eandem Calvinismum; quod in Saxonia
 superiore factum esse, Dn. D. Iacobus Andreæ p. m. in concione Viteberge ha-
 bita 1. domin. post fest. Trinitat. anno 80, palam demonstravit. Quare officij
 nostri ratio postulat, cum multis in locis, ijsq; vicinioribus etiam, auctoritati
 Philippi tantum deferatur, ut integritati doctrinæ potius, quàm ejus decretis qui-
 dam renuntiare malint, (cujus quoq; in D. Sacco p. m. exemplum habuimus, qui
 tamen ad frugem redijt) ostendere, quæ tantus vir, vel timiditate, vel ingenij fra-
 gilitate, vel alio naturæ morbo, minus rectè sensit & fecit, postquam illa in veri-
 tatis fraudem ab adversarijs publicè usurpari cœpta sunt. Scandalum hoc pu-
 blicum est, in ore, lingua, calamo adversariorum versatur, auctoritate Philippi
 in aulis quorundam Principum veritas æstimatur, & hinc evidens veritati pe-
 riculum creatur: quis ergo, nisi planè impius, negabit, monendos homines, ne
 plus hominis existimationi, quàm divinæ vocis certitudini tribuant? Theologo-
 rum certe est, immo omnium, veritatis habere rationem potiorem, quàm fa-
 voris, amoris Dei, amoris hominum postponere, Dei vindictam humanis odijs

3.
 4.
 5.

anteferre, & Atreos quorundam oculos juxta habere. VI. Idem monemus Patrum & dictis, & exemplis. ita enim Augustinus de vera religione: Non omnis qui parit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Melius est cum severitate diligere, quàm cum lenitate decipere. Ita Bernhardus in Epist: Non timeas contra charitatem esse, si unius Scandalum multorum recompenfaveris pace. Melius est enim ut pereat UNUS, quàm UNITAS, &c. Exemplorum in puriore illa antiquitate plena sunt omnia, apud Augustinum, Suidam &c. Ita enim hi omnes animati erant, ut sapiens Prov. 27. 6. 5, inquit: Melior est manifesta correctio, quam amor absconditus. VII. Libellum Philippi ad Myconium, moderni Philippistæ (Calviniani) abjiciunt, ac capras sylvestres relegant, & à Philippo ipso improbatum, verè affirmant. Si autem licuit Philippo integrum improbare librum, scripta sua mox augere, mox imminuere, quis dictator nobis istam Christianæ libertati contrariam servitutem imponet, ut non audeamus unam atq; alteram definitionem, & periodum, in Philippi libellis ad normam veritatis componere? VIII. Mira verò res est, Philippistas novos sibi in Lutheri scriptis eam lumere licentiam, ut subinde de nævis (jure an injuria corrasis, suo loco videbimus) ad nauseam obstrepant, nobis autem, cum Philippi aliquid humani passum esse monemus, & de falsis Philippi dictis quædam indicamus, tantopere succensere? quæ certum sit Melanthonem hunc, justius subire hanc notæ aleam, quam censuram duriorem Melanthonius ille apud Procos Penelopes, superioribus seculis sustinuisse legitur. IX. Quod instat Chami, patris dormientis (Philippi) pudenda nos improbè detegere, & vellicare, ejunt Philippistæ, & inter hos inprimis Pareus commentar. in Genesin, p. 911. 912, ubi magna verborum importunitate, crimen hoc VVitebergensibus Theologis objicit, eo Calvi Comati apud Martialem ostendunt ingenium. Diametro enim distant & *dis dia παρών*, quæ sub eandem hi Reformatores referunt Myconum. Neq; enim Philippus Noah, neq; nos Chamitæ. Nox apud Moysen narratur ebrietas, cumq; in sacris ebrietas duplex sit, altera saturitatis & hilaritatis, eaq; concessa, ut Gen. 43. 6. 34. Joan. 2. 6. 10, altera temulentix & infanix, eaq; damnata Prov. 20. 6. 1. Os. 4. 6. 11. Galat. 5. 6. 21, mixta in Noaho, occurrit, ut peccato factum hoc non careat, quemadmodum Augustinus, Clemens Alexandrinus, Chrysostomus, rectè monent. Si viri sancti *αίσιον* species, nequaquam ille temulentorum propositum habuit, quod ultra honestatis & verecundix mensuram adhibere vellet: sed diluendi mœroris & juxta hilaritatis ergo vinum sumpsit, senex, labore æstusq; defatigatus, si eventum & effectum attendas, qui præter ejus voluntatem accessit, vitio & culpa si minimè caret, quæ tamen lapsibus & peccatis venialibus ac ignorantix merito annumeratur: qualia sunt multa sanctorum errata, quæ Deus & imputat Christi justitiâ

regit, apud eos, qui vera fide ipsum invocant, & Christiana caritate regi, condonari;
neq; cum Chamo in pessimam explicari vult, partem. Sed quid hæc ad lapsum
Philippi voluntarium, deliberato consilio susceptum, promotum, defensum,
& contra omnem pietatem continuatum? Extra organum, quod dicitur, hæc
est Parei collatio. Addo: Cham nuditatem Patris sui videt, non obiter, sed cum
turpi delectatione, & cum dedecus parentis in tectâ veste occultare potuisset, ille
magis aperit, turpe hoc spectaculum ad alios divulgat, qui occultum Patris de-
lictum tacere debuisset. Hoc modo nos Chamita non erimus, sed tu Paree, cum
Peucero tuo, cujus contra Virebergeses, citato loco, suscipis patrocinium,
qui occultas & privatas Philippi Epistolas, quæ defectionem ad Calvinistas te-
stantur, qui turpem illum Philippi lapsum, cum delectatione, toti mundo publicâ
editione epistolarum exhibuistis & ostendistis, opera coram omnibus aperti-
stis, nobis è contra lapsu in Philippi deplorantibus, vestras molitiones accusanti-
bus, & nunquam de Philippi lapsu dicturis, sed eum occultaturis, nisi manifestus
esset, nisi publicis scriptis & consilijs ipse eum prodidisset, nisi alios eo seduxis-
set, & mortuus hodieq; seduceret: qui probè scimus, infirmos ferendos cum pa-
tientia 1. Thess. 5. v. 14, publicè verò delinquentes, publicè arguendos 1. Tim. 5.
v. 20. Illud etiam est, quod peccatum Chami reddit gravius, quia contemnit
semen promissum ex lumbis Nohe venturum, ut non malè Dn. Mattheus o-
pinatur: quod ad te, Paree, tuosq; pertinere, qui hæcenus Chamo conjuncti
estis propius, quàm Attabus fur, furi Numenio apud Diogenè, dogmata tua tuo-
rumq; de Christo ostendunt. Nudus Noha, vino gustato, inebriatur, nudus in
tabernaculo jacet, à filio ridetur: ita Christus alter verusq; Noha, hausto iræ divi-
næ poculo, inebriatur amore Ecclesiæ, nudus in Cruce pendet & ridetur à filiis
Cham, Pareo & socijs, qui in crucis Christi opprobrio summam suam statuissè
videntur gloriam. Quid enim aliud sibi vult, Paree, blasphemum vestrum do-
gma: quod propositio hæc, Deus est passus, non nisi per nominum permuta-
tionem intelligenda veniat, ut idem sit, ac si dicatur: homo est passus? quid
sibi Nestoriana hæc propositio: Sola humanitas est passa? de quibus vide Ortho-
doxū consensū pag. 18 122. Beza, Abaldinos &c. immo te ipsum Paree in endo-
licher überweisung p. 177. biblischer Rettung p. 95. in bekänntniß anno
1592. p. 137. in diss. 3. coll. 8. 14. Novembr. anno 1607. thes. 3. Quod omnino est,
Christum, nudum in cruce patientem, ridere: cum inde sequatur, Christum in
cruce, ut maximè voluerit, non tamen potuisse pro peccatis nostris satisfacere:
Id quod sæpius à nostris demonstratum est. Sed quia magis vobis placebunt
propria, quàm quæ à nostris proficiuntur, præmissas è libris vestris mu-
tuabor. Ita illæ habent. Passio solius carnis, quantumvis iustissimæ, pro se
non satisfacit, pro alijs minus, pro toto mundo minimè. Major est Calvini-
starum, ut Francisci junij in defens. 1. cathol. doctr. Trinita. cont. Samos. sect. 29.

Passio in Christo est passio solius carnis. Minor est tui ipsius Paree *i. e. citat. & s. aiorum*. Tua ergo etiam, & tuorum sit conclusio, necesse est: Ergo passio in Christo pro se non satisfacit, pro alijs minus, pro toto mundo minimè: quæ quid est aliud, nisi Christi in cruce pendentis, qui redimere nos voluerit, at non valuerit, Chæmifica illusio?

8. Sed ut ad P. Melancthonem redeam, quam nunc hujus testamur, illam, jam ante, Theologi satis nobiles, DD. Chemnitius, Illyricus, Selneccerus, V. Vigandus, Heshius, Schlüsselburgius, Thuringiaci, V. Vitebergenses & V. Virembergenses apostasiam & inconstantiam publicè redarguerunt. Quamquam quosdam inter dictos Theologos, de Philippo, re nondum satis perspectâ, quæ religionis negotium, non nisi optimè sensisset, haud inficiemur, pariter ut Augustinus quoq; antequam ab Hieronymo erudiretur, non nisi optimè de Origene sentiebat; eisdem tamen re comperâ, aliter judicasse, & Philippum iusto zelo reprehendisse, scimus. Vel solus Selneccerus prodeat, cujus, præ reliquis, testimonium, de perpetuo in causâ Sacramentaria Lutheri & Philippi consensu, subinde nobis opponunt novelli Philippistæ, & cramben eandem sæpius apponunt, ut merito Hyperi in ijs agnoscas vertiginem. Quibus respondeo: Selneccerum p. m. nimio Philippi amore & admiratione deceptum, paulo studiosius aliquamdiu Philippum defendisse, quo pertinent illa, quæ Hospinianus urget in concord. discord. fol. 255, quàm rei veritas pateretur, at rectius à D. Chemnitio edocuum, planè contrariam de Philippo tulisse *Itin. c. 101, recitat. 13. pag. 328*. Audiamus verò ipsum D. Selneccerum in colloquio Herzbergensi p. 63. 64. edit. Magdeb. anno 1594: Ita, inquit, amavi Philippum, Præceptorem, ut parentem meum, & in eodem cum ipso cubiculo dormivi, volui etiam defendere consensum Philippi & Lutheri: *aber ich kan nicht fürüber / wir sind alzu starck vberzeuget*. Habeo focerum M. Danielelem Greffrum, senem, cui dedit Philippus conciones Principis Georgij Anhaltini, de Cœna, & dixit: *Herr Daniel legte illas conciones, ihr werdet viel genuckele* (ita nominat doctrinam nostram orthodoxam) *darinnen finden*. Princeps Georgius etiam locutus est cum Philippo de cœna, qui respondit: *man lasse mich zu frieden / komme ich heraus / so wil ich dem faß den Boden außstossen*: dixit Princeps: *Herr Daniel so thut er uns allzeit*. Ideo non accusate nos, quasi devellamus Lutherum & Philippum: utinam mansissent conjuncti in doctrina, & Haftenus Selneccerus.

9. Et certè merentur veniam, qui olim, contrariò nondum evidenter probato, cum Georgio Anhaltino, Principe verè Theologo, D. Crellio seniore, Joachimo V. Vestphalo, Philippum semper excusatum iverunt, quemadmodum & hodie, nonnullis in locis, apud simpliciores quosdam orthodoxos, opinio obijacet, etiam Philippum fuisse simplicem, Luthero per omnia *μὴ ὡς* *quàm*.

nam, aliter non edocti, animo, non fallendi, sed adversarios Calvinistas refellendi causa, tuentur, cum charitas omnia credat & in meliorem interpreteretur, nec facile existimandum sit, in talem virum, qualis Philippus, cadere hanc, quam demonstrabimus, dupliciter. At aberrant boni hi viri, tota via, & extra callem, vel, ut quidam loqui malunt, extra callem decurrunt, ignorantes fallaciam divisionis huic seculo usitatam, ut nempe homines aliter mentem publice prae se ferant, aliter apud suos detegant, vel, aliud, cum D. Christophoro Pelargo, dissimulent, aliud agant, aliud sentiant, quam calliditatem & fraudationem in Philippistis quibusdam graviter reprehendit, ipse Philippista, & insignis Calvinista, Johannes Sturm in secundo suo antipappo fol. 156. 157. Postquam autem multorum testimoniorum nube & infallibili certitudine ostensa est Philippi defectio, & sub ea infelicissimus foetus Calvinisticus in Ecclesijs, Scholis, principum aulis, a Calviniana sphynge editur, immo sub specioso nominis Philippi integumento lerna variatur haeres, invehitur, gravissime certe delinquant, qui, aliter nunc edocti, in errore perseverantes, alios quoque in errorem inducunt, & ut olim Origenis defensores, malum bonum dicunt, parum attendentes ad verba Iehovae *Deut. 13. 6. 6. Esa. 5. 6. 10. Matt. 18. 6. 9.* quae his praesertim temporibus paulo attentius considerare debeant, quibus expectanda nobis est imperio vaticinii Philippi, si modo vera vaticinatus est, cum ad Carolo V Vicium: Nec, inquit, existimandum est, ad diuturnitatem aulas Principum illiteratorum futuras esse, in custodienda doctrina (collegijs monachorum) diligentiores.

10. Non deerunt, qui regerent, satis esse hanc mutabilitatem Philippi ab alijs taxatam, nec subesse quid causae, cur idem cornu Rostochiensis aliquis Theologus odiose sufflet. Non enim semper sunt Saturnalia, nec semper anthisteria. Quas Tartesias feles, h. e. magnos & ridiculos simul censores, aures arrigere jubeo, sed attentas. I. Causis thesi. 7. superius indicatis excusatum me esse confido. II. Movet me, quod Philippus Calvinismum agendae (ut vocant) Ecclesiarum Mecklenburgensis Ducatus, in quo vivo, tum nemine sive Theologorum sive Politicorum animadvertente, infarsit, optimosque Principes, verè orthodoxos, Dn. Joannem Albertum, & Dn. Ulricum, fratres, decipere voluit. Ita enim de Coena Domini sonat prima quaestio: Quid in Coena Domini distribuitur & accipitur? Resp. verum corpus & sanguis Domini nostri Jesu Christi: Dominus enim noster Jesus Christus hanc sumptionem instituit, ut testetur, quod verè & essentialiter nobiscum & in nobis esse & in convertis habitare, illis beneficia sua communicare & in illis efficax esse velit, ut inquit Iohan. 15. Manete in me & ego in vobis. Haec tenus in dicta agenda Philippus. Dic sodes, Philippista, quid haec verba Christi, de spiritali manducatione in solis credentibus, ad quaestionem de Coenae substantia? Sed non est necesse, audire nos Philippistam aliquem, ut nec argumentis, latitantem in his verbis Calvinismum, quod ut faciamus, sumus paratissimi,

demonstrare, tantum ipsum Philippum verborum suorum interpretem audiamus, qui ea de solo spiritali usu Ccenæ intelligenda expressè fateatur, *Epistola ad Electorem Palatinum scripta anno 59.* Indignum certè, Principum Megapolitanorum nomen in causa Sacramentaria testem citari! Et cum à Professorum hujus Academiæ Rostochianæ officio alienum non sit, hanc falsam suspicionem, quasi eo sensu, Philippico, agendam Ecclesiasticam, à Philippo scriptam, acceperint, accipiant, vel accepturi sint, removere, non video, qui cordatis propositum hoc meum de Philippismi descriptione improbari possit. III. Cùm superiori anno 1614, Hanoviz prodierit liber Epistolarum D. Davidis Chytræi, illustrissimis meiss. Principibus & Dominis Dn. Adolpho Friderico & Dn. Iohanni Alberro inscriptus, quem satius esset non esse editum, aut saltem non sic editum, in ijsq; Philippus plus justo defendatur, & inter alia satis periculose à D. Chytræo scribatur: *p. 507* formam sanæ doctrinæ in Philippi locis ac Cæteris scriptis C O R P O R I D O C T R I N Æ inseritis, amplector & in hæc Sæpepta (Academia Rostochiensis) propagare studeo. Itemq; *pag. 869*: Nec mihi quicquam esset optatius, quàm intra metas à Philippo constitutas docente in templis & scholis se cōtinere, doctrinā omīssis argutijs disputationū, quas ille præterijt, populo proponere. Qui auctor interim è contra Jacobum Andræ *p. m* (huius quem virum! nempe, Electoris Augusti scripto testimonio anno 1579, summum, & doctrinæ cœlestis ab ultimi Eliæ Dn. D. Lutheri morte in Saxoniciis regionibus ab hominibus levissimis corruptæ iustauratorem integerrimum) non semel acerbius pungit. Noli ergo hic mutus esse Hipparchion, sed, licet in eadem, quæ olim, D. Chytræus cathedra, Dei, & Amplis. apud nos Senatus urbici seu Academiæ hujus cū illustribus, Principibus Patronis, voluntate, doceā, tamē eadē, salva, quæ D. Chytræi, debetur honorificentia, quantum hoc negotium attinet, me non docere, sed aliorum constantissimorum veritatis Professorum premere vestigia, profiteri. Neq; turbot hīc illa Politicorum quorundam voce, quam Lutherus recitat: Dicant, inquit, juris periti & sapientes in aula: Superbi estis, seditionem concitabitis. Ad quā nolo tam respondere, quā cum eodem D. Luthero precari: ad sit nobis Dominus, ut periculosam hanc tentationem fortiter à nobis propulsemus.

II. Sanctè autem affirmo, propositi mei non esse, in Philippum immaniter invehere & in cineres Philippicos hostiliter hyænæ instar sævire. Laudes enim Philippo nullas detraho, sed ei lubenter assigno, quicquid salvā veritate in ejus laudem dici potest scribi potest. Fateor, ea, quæ in Plarone, Aristotele, oratoribus, Poëtis, latinis & græcis, maxime sunt necessaria, Philippum collegisse, in Epitomas atq; compendia redeigisse: Logices quoq; & Physices &c. elementa (quantum quid in Tyroni satis est) conscripsisse, in historijs conscribendis diligentiam, perspicuitatem & breviter ostendisse, immo & in Theologicis multum præstasse, ipso Luthero teste in præfat. latina oper. suorum anno 1543, & ha-

Stenus

Genus felicem fuisse Origenis æmulum. Quin ne quid lætæum Philippicarum Philippi amatoribus studiosè neglexisse videar, non tantum ad præfationem formulæ concordæ de Philippi scriptis, sed & imprimis ad Dn. D. Jacobi Heerbrandi Theologi Tubingenſis p. m. de Philippo Orationem, anno 1560 habitam, quatenus eam Heerbrandus anno 1583, libro, cui titulus *gründlicher bericht contra Bremerſes Calvinistas, ut & cum collegis in refutatione orthodoxi consensus p. 73*, interpretatus est, & emollijt, me refero.

12. Quamquam, præstantiora scripta Melanchthonis non usq; adeo magni facere me posse simul profiteor, si vera sunt, quæ ipse Philippus *Epistola ad Christophorum Carolo V* vicium testatur, ubi omnibus suis, quæ antehac adversus Pontificios ediderat, scriptis, nervū incidens, dicit: se Quærendæ veritatis studio illa scripſisse, & se considerare illas controversias capisse. Inde enim sequitur, non pro jactata, sed quæreda & investiganda demū veritate illa scripta esse, esse *οικεωμένα*. & Theologo, qualem Philippum fuisse Philippistæ nugantur, indigna.

13. Quicquid hujus autem sit, laudes eruditionis, & aliarum virtutū, Philippo nō derogo, sed grato animo, tribuo; laudes dico sobrias, veras, & ab insidiosis, ambitiosis & hyperbolicis Calvinistarum laudibus, vel assentionibus potius, distinctas, quas Philippistæ quidam nectunt, ut sub tanti viri nomine eo felicius falsam Calvinistarum doctrinam invehant, propagent. Nam & lapsum non minus Philippum agnosco, quam Origenem, secus ac meri Philippistæ (quod nomen Calvinianis modernis magis placet, quàm exosū illud Calvinianorū sicut olim Arrianis magis placebat Origenistas, quàm Arrianos, exolo nomine vocari) hoc est, homines, qui personatam actionem sustinentes eam ludunt fabulam, quæ se Deo & hominibus imponere posse existimant, homines *Φανταστικῶς Φιλιππιστῶντες*, ὄντως δὲ Καλβινιστῶντες, rentur.

14. Absolveretur autem tota nostra tractatio, quinque capitibus. I. De laudibus Philippistarum hyperbolicis & ementitis, quibus Philippum non tam ornant quàm onerant. II. De Philippo ætatis primæ orthodoxo. III. De Philippo ætatis mediæ publicè bono, privatim malo, adeoq; hypocritâ. IV. de Philippo ætatis postremæ inconstanti & heterodoxo: nempe Calvinistâ, Papistâ, Majoristâ &c. Vnde V. quantum auctoritati Philippi deferendum, quid de Philippistarum modernorum clamoribus, ipsosq; adeo Philippismo habendū sit, patebit. Quæ omnia non ex ementitis, sive Pæuceri ea esse dicas, sive alterius. Epistolis, & Hiberis incertorum scriptorum, nazij, sed evidentissimis historiarum & testimoniorum, omni exceptione majorum, documentis, impræsentiarum breviter, &, quousque ulterior exigetur probatio, prolixius demonstraturi sumus.

De iniquis Philippo à Philippistis tributis elogijs.

Hyperbolicæ illæ laudes sunt quam plurimæ, ubi, ne censores nimis rigidi videamur, tantùm de illis, quæ in fraudem Orthodoxæ veritatis, à Philippistis confectæ sunt, videbimus.

1. Et PRIMO quidem, non solum Lutherum à scriptione Augustanæ confessionis studiosè fuisse remotum, cum personato illo Ambrosio VVolfio, mentium-tur, sed & Principes Philippo Melanchthoni, ut Augustanam confessionem conscriberet, commississè, & tantam tunc Melanchthonis auctoritatem fuisse, ut à Melanchthone potius, quàm à Luthero, illam conscribi voluerint, cum Joanne Sturmio, conductitio Philippistarum Rhetore, in *Antipapp.* 4. pag. 13. nugantur. Similia invenies apud Feuerrianos, Laurentium Ludovicum Philippistam egregium in *Oration.* p. 472. 473. *Lampadium in mellificio historico* pag. 447. & testè, apud Pareum in *Jrenico* pag. 293. &c.

2. Resp. 1. Aut labilis memoriz, aut effrenatæ malitiæ hi homines sunt, necessum est, quod publicis historiarum monumentis, tam impudenter contradicere audent. Et qui quæso, is, à conscriptione removeretur, qui tum, ceu currus & auriga Israelis, habebatur, qui, divina adjutus gratia, cœlestis doctrinæ lucem ex densissimis Papatus tenebris eruerat, accenderat, propugnauerat? Ne dubium sit, Lutherum auctorem fuisse Augustanæ confessionis, potius quàm Philippum, testatur id ipse Ioannes Elector Saxoniz, cujus vide Epistolam ex comitijs ad Lutherum missam tom. 3. Ienensi Oper. Luther. fol. 21. fac. 2, cum responsione Lutheri, ibid: Testatur idem, ipse Philippus in præfat. tom. 1. oper, in Epist. ad Luth. anno 30. scripta. Vide etiam hist. Aug. conf. fol. 126. 2. Distinctius ita respondeo: Cum de auctore Augustanæ confessionis mediato quæritur, ille consideratur, aut ratione inventionis, aut ratione dispositionis, aut ratione elocutionis. Ratione inventionis, auctor est Ecclesia, quæ tenet in hoc negotio primas. Nam labor iste conscribendæ confessionis, jussu Principum, civitatum, aliorumq; ordinum, Lutheri doctrinam tum amplectentium, à Theologis non modò fuit susceptus, testibus Sleidano lib. 7. Cœlestino part. 1. fol. 25. Chytræo hist. fol. 18, sed ipsa etiam confessio, jam conscripta, prius exhibita non fuit, quàm in ipsis comitijs, in frequenti Evangelicorum conventu, præsentibus Principibus, alijsq; gubernatoribus & Theologis ordine de singulis articulis esset disputatum, uti videre est, è præfat. tom. 1. oper. Philippi, è confessione D. Snesij p. m. edita anno 1555. in hist. A. conf. p. 133. Inventionem ergo debet hæc confessio primùm Ecclesiæ, indeq; etiam dignitatem est sortita, ut pro publico scripto, & Ecclesiastico symbolo, semper habita fuerit. Ratione dispositionis, auctor est Lutherus, qui in hoc negotio merito secundas tenet. Deliberatione quippe, ad mandatum Electoris lo-

annis,

omnis, instituta, quam formam commodam, & methodo eruditam, formula Confessionis nostrae comprehendere posset, consignavit D. Lutherus, cui totum hoc negotium à Theologis, adeoque ipso etiam Philippo, commissum fuit, septendecim articulos, qui extant tom. 5. germanic. Jenens. fol. 14. 15. 16: qui articuli confessionis Augustanae sunt Archetypus & matrix. Quae causa etiam fuit, ut ipsa Confessio, Carolo V. Imp. non prius fuerit oblata, quam ad Lutherum, cum Coburgi subistentem, ab Electore judicanda & corrigenda transmitteretur. Ratione elocutionis, auctor est Philippus, qui in hoc negotio nec primas, ut Philippistae nugantur, & ne secundas quidem, sed tertias & postremas merito obtinet. Quanquam nec *Actus* sive elocutio debeat unicus Philippo, excluso Luthero. Nam ex dictis 17. Lutheri articulis Philippus confessionem Augustanam ita concinnavit, ut in plurisque eundem observaret ordinem, neq; sensum solum Lutheri expresserit, verum ipsa etiam verba & phrasae sapissime retinuerit, quod diligens utriusq; scripti collatio evidenter confirmat. 3. Artes sunt Calviniano Philippistarum Machiavellicae, in ejus scriptis (Augustanae confessioni) conscriptione, laudum Philippi extimiam partem collocare, quo tamen jugulum doctrinae Calviniano-Philippicae penitus nudè negat quidem Pierius Philippista Bremensis disp. de A. confess. anno 1612, thes. 47, at abundè à nostratibus demonstratum est: quod Calvinus vocat facem furiae, ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia p. 251. Epistol. calv. edit. Genev. anno 76, in quo quaedam jejuna, ut Neostadiensis p. 143. & pag. 165. 166, quaedam papisticae, ut cum alijs Castellani in antiqua Cattorum fide p. 21; 22, Novi Reformatores Berolinenses in synopsi pag. 236. Pezel. ult. part. argum. Philipp. fol. 11. & seqq. Sohnius part. 2. ope. p. 2, omnia cumultuariè, ut alij Philippistae, loquuntur, scripta sint: unde Beza, Martyr, Marloratus, Bullingerus, in colloquio Possiaceno, ei subscribere noluerunt, Tigurini, Lavatero teste histor. sacram. fol. 18, totam confessionem differtè repudiarunt: alij ex eo genere alijs calumnijs operarunt, Kleinwizius Philippista, confessionem Augustanam, Apologiam, Agendam Ecclesiarum, & Schmalcaldicos articulos, Sarcasmo diabolico, vocat, quatuor novos Evangelistas. Annon hoc est, ex uno ore, calidum efflare & frigidum? se contradictionum implicare labyrinthis? Sed, quid sibi haec velit duplicitas, non opus est, ut, cedi po divinatori, discamus: qua de re sibi.

3. SECUNDO, hos de Philippo edunt sermones Sybariticos: à Philippo Eccium in colloquio Ratibonensi anno 1541 confusum & repressum fuisse, cum Eccium in sebrim tanquam fulmine prosterneret, Missam Pontificis, unico eriperet, & tum demum primus jugularis, argumento, hac nempe regula: Nihil habes rationem veri Sacramenti extra usum divinitus institutum: Lutherum vero cum ad eum Melancthon perscripisset hoc fundamentum, è comuys, tanto exilysse gaudio, ut, qui spectarunt presentem, asseverarint, nullo unquam tempore se latiore eum vidisse, sepe exultantem atq; has voces ingeminantem: *Adiut viresce & pietate mi Philippe*.

363

rebi debetur gratia, qui potuisti Pontificijs Sacramentum adimere, quod ego nunquam
tenere vel aggredi sum ausus. Vide Peucer. hist. fol. 21. 22. Lampad. in mellific. p.
450. è Nobis Reformatoribus Berlinensibus Harminium de mosa. contra D. Hutteri
Boss Calvinisten, & in abweisung der motiven D. Hutteri p. 39. 40.

4. Resp. Philippistarum hoc est somnium. Nam 1. falsum est, & utinā nō esset,
Philippū Pontificijs eā regulā in colloquio Ratisbonensi Missā ademisse, quod
stendunt ejus congressus acta, tribus distinctis in locis. 2. Sleidanus, historicus
fidelissimus & protestantium alioqui partibus addictus, si tanta miracula Philippus
cum recens nato & in lucem edito suo axioma, Eccio in colloquio prostrato,
edidisset, aliquod saltem de re tam præclare gesta, totiusq; Ecclesiæ salutem con-
cernente, verbum annotasset, acta ejus anni aliās diligenter describens. 3. Phi-
lippus ipse quoq; in actis colloquij, quæ tomo quarto operum ipsius leguntur,
incunabula tam generosi partus, nisi indiligentissimus, si non prædicasset, saltem
ostendisset. At neq; ille nec iste horum quicquam. Immo, quod in primis consi-
derandum est, 4. in articulis, quos, delecti è conjunctis Aug. Confessionis socijs,
articulis Pontificiorum, qui inter alios de missa erant, oppositos, in dictis comitijs
exhibuerunt, licet de usu & abusu Sacramenti, tribus distinctis capitibus B. G. H.
fussimè disputent, ubi non modò erat de hac regula differendi occasio sed &
Achilleum hoc argumentum adversarijs opponendi necessitas, tamen regulam
Melanchthonianam nuspiam ascribunt. Sterilem ergo hæcenus fundum colunt
Philippistæ. Unde verò. 5. commenta illa, & gerræ plusquam Siculæ, de Luthero?
Anne enim Lutherus nunquam ausus est, aggredi expugnationem Missæ? Quor-
sum ergo tractatus Lutheri de abroganda Missa anno 21. tom 2. oper. latinor., u-
bi inter alia, mirum non foret, inquit, si Deus jam olim ob horrendam Missæ i-
dololatriam totum mundum sulphure & igne consumsisset? Quorsum conciones
ejusdem hac de re plurimæ, quæ in Postilla Ecclesiastica anno 1521. edita conti-
nentur, in primis parte prima concio de sacra Domini coena, parte secunda ser-
mo in festo corporis Christi? Quorsum gravissimus iste de Captivitate Babylo-
nica liber, in quo hac de re & doctè & prolixè? ubi his Philippistarum calumnijs
quasi respondens, rem arduam, inquit, & quam fortè sit impossibile convelli, ag-
gredior, ut quæ tanto seculorum usu firmata, omniumq; cōsensu probata, sic inse-
derit, ut necesse sit, majorem partem librorum, qui hodie regnant, & penè uni-
versam Ecclesiarum faciem, tolli & mutari. Sed Christus meus vivit, ego meā
vice fungar, rem ipsam in lucem producturus. 6. Quis alius, ante annum 41, quo
hæc à Luthero dicta fuisse fingitis, Missam Pontificiam, per universam penè Ger-
maniam, expugnaverat, eiecerat? Quis nisi Lutherus? 7. Qui & eo tempore,
inter alia fundamenta, multis urfit, illam Regulam, nihil habere rationem Sacra-
menti extra usum divinitus institutum, dicto jam libro de captivitate Babylonica.
Hæc patet, Philippum Regulam hanc à Luthero didicisse: Philippistas autem,
Philip-

Philippo calcem pede majorem, hac assentatione, aptasse. Quia etiam g. hanc Philippo assignatam regulam, nostræ doctrinæ Philippistæ hodie obtinent, quasi, per usum divinitus institutum, spiritualis manducatio intelligi debeat, & inde hoc argumentum nectunt: Extra usum divinitus institutum nihil habet rationem Sacramenti, ergo Sacramentum integrum Cœnæ non accipitur ab infidelibus, sed tantum ejus pars, panis, vinum, non corpus & sanguis, quia usu, ad quem institutum est Sacramentum, fidei sc. manducatione, destituuntur, (quod argumentum est Ursini in disp. 24. th. 10. Piscatoris vol. 2. loc. 13. th. 22. Sohniij tom. 1. p. 238) ijs respondet, distinguendo, inter usum Sacramenti externum, & usum internum. Ad Sacramenti integritatem cum usum requiri dicimus, per usum, externam illam visibilem actionē, intelligimus, prout ea à Christo instituta, quæ tria complectitur, benedictionem, panis & vini distributionem, oralem panis, qui est communicatio corporis Christi, manducando, & vini, quod est communicatio sanguinis Christi, bibendo, perceptionem: extra istum usum, affirmant nostræ Ecclesiæ, nihil habere rationem Sacramenti; ut, verbi gratia, cum extra hunc usum, Panis, licet consecratus, à Romanensibus in Missa sacrificatur, sacrario includitur, circumgestatur, adorandus proponitur. Hic externus usus, qui, ad Sacramenti integritatem sufficit, etiam est apud impios, licet interno, qui in fidei manducatione consistit, & ad integritatem Sacramenti non est necessarius, destituatur. vel, distinguo, inter usum, qui habet rationem formæ & essentia, & inter usum, qui habet rationem finis. Rationem formæ & essentia autem habet in cœna usus ille externus, qui ut Cœna sit, sufficit, rationem finis tantum, usus ille internus, qui non ut S. Cœna sit, sed ut prosit, requiritur: aliàs enim fidem Dei incredulitas hominum faceret irritam, quod *αθεολογία*. Rom. 3. v. 3. Instas; Talis est usus intelligendus, in hac Regula, de S. Cœna usurpata, qualis est usus Legatorum, in Testamentis: Est n. S. cœna Testamentum, dicentibus Lutheranis. Unde pergit: Nemo potest usu aliquid accipere ex testamento Romano nisi civis Romanus, vel; legata sunt solum hæredum. Impij non sunt cives Reipublicæ Christianæ Ecclesiæ; impij non sunt hæredes legatorum. Ergo non accipiunt legata hujus testamenti, corpus & sanguinem Christi. Vide, cum alios, tum V Vitack. de Eccles. q. 1. c. 9. arg. 4. Resp. 1. Major deducta est, ex jure fori humani, quod non præjudicat institutioni divinæ. 2. Vera est duntaxat de jure, non de facto: Nam Abimelech sublati veris hæredibus, vi ad legatorum possessionem processit, & testantur infinitæ ICtorum lites, quod legata non semper ad verum hæredem deveniant. 3. Si exquisito rationis judicio standum fuerit, falsum dicerem, corpus & sanguinem esse legata bona & beneficia, cum legata bona proprie dici debeant, per Christum parta beneficia; corpus autem & sanguis sint tum sigilla, tum causæ illorū bonorum promerentes. 4. indigni etiam si non sint viva corporis Christi mystici membra, tamen sunt membra Ecclesiæ visibiles. 5. Inverto ergo *α-*
C
gumen.

gumentum: Quemadmodum habetur pro cive Romano, & legata in Testamento Romano accipit, etiam si non sit probus civis: ita indigni etiam si non sint vivi invisibilis Ecclesiae membra, tamen, quia in Ecclesia visibili adhuc locum habent, verbum & Sacramenta, cum Christianis veris, verè communicabunt.

5. TERTIO, ut falsae quasi capita tantum quarundam rerum complectar, philippum Luthero multis parasangis, tribus modis, preferunt. I. de Philippo non nisi optima, voce & calamo, proferendo, semper Philippum Philippum crepando, eumq; supra mortalium conditionem laudibus extollendo, Lutheri autem naevos & horrenda vitia subinde taxando, doctrinam ejus multorum portentorum & haeresium accusando, & quibus fieri potest modis, in eum Lycambaeo planè stylo indebendo. Huiusmodi pertinent illi sosculti, de Lutheri arrogantia, superbia & pertinacia. Cujus insignis Philippistae proferunt exemplum: Cum enim, inquit C. P. 19. & 20, ante V^o Formaticiensis & Ratissponensis colloquia, in quibus de religione inter doctos est disputatum, attulisset ad eum Philip. consignatas in pagella plurimas patrum sententias, ad dicta, quae panem nominant figuram corporis Christi, glossema ascripserat Lutherus, Geometricam corporis figuram intelligi, ubi cum respondisset Melanchthon, talia & se comminisci posse glossemata, & fortasse his concinniora, sed cogitare ipsum debere, quantum haec sint valitura, si opponantur adversarijs, in acerrimis certaminibus, ijs praesertim, quae discutienda & proferenda veritatis causa instituuntur, & in veritatis studio tam jejuna & frivola Sophistica, ut de conscientia fateatur sua, se non quidem sine rubore usurpaturum esse. Cumq; perrexisset instare, quid queso illustribus Graecorum testimonijs opponam, qui panem & vinum minus ambigue $\sigma\upsilon\mu\beta\alpha\lambda\epsilon\iota\ \kappa\iota\ \epsilon\upsilon\pi\tau\upsilon\mu\alpha\tau\epsilon\varsigma\ \tau\omicron\varsigma\ \sigma\acute{\omega}\mu\alpha\tau\iota$ nominant, animo commotiore respondisse: malo graecos rejicere universos, quotquot mihi adversantur, quam sententiam deponere, quam Latina Ecclesia professa est, Romanam intelligens, praesertim cum Graecos constet, acumine & Sophistica ingeniorum in dogmatibus variè luisse. At nunquam, inquit Melanchthon, obtinebis, ut repudietur auctoritas Graecorum, quibus cum evidenter consentit Augustinus, nec veritati hoc modo consulitur. Tacuit adhuc, eoque silentio directum colloquium cessavit. Hactenus Philippistae. Pertinet hic illa, graeca fide, à Philippistis narrata historia, de bello Sacramentario sopito, & adversus Zwinglium, contra pacta, à Luthero renovato, apud Lamp. in mellif. Novos Reformatores Berlineses in synopsi doct. Lutheranae & calæ. p. 283, Pezel in erzählung an die Hambürger Eij. b. quae Lutheri arrogantia, & ut, qui lubens Philippistae audit, Lampadius, loquitur in mellif. p. 450, inconstantia & desultoria levitas non minimam causam Henrico VII. ut Papatum in Anglia restauraret, praebuerit. Eiusdem tenoris est, illud de Luthero iniquissimum quorundam Philippistarum iudicium, quod causa belli germanici ijs esse visus est. Vide Lampadium in mellif. p. 450, & illud, à Philippistis iterum atq; iterum repetitum, de auro nummo, quem arroganter Lutherus Carolostadia dederit, eoque

arbitra.

*verba Caroloſtadium ad publicum certamen, adeoq. publicas turbas provocavit: Pen-
cer. fol. 10. Lampad. in mellific. p. 48: Itemq. illud grande de Luthero conſtitutum, qua-
ſi auctoritate ſua Pontificios concitavit, ut in Calvinianos ſabirent: quo de Philippista-
rum Neſtor, ut ipſi eum vocant, fol. 72, Quam multi, inquit, his temporibus reſti ad
mitem & acerbiffime exercitati ſunt, quibus nulla alia cauſſa hanc neceſſitatem pro-
fundendi ſanguinis impoſuit, niſi quod illa Papiſtica *παρακαλεσις* appro-
bare noluerunt, tamen oppreſſi auctoritate nominis & ſententie τοῦ ἡμετέρου Lutheri.
Quae ita à Caſparo Crucigero D. Lutheri Collega anno 44. ad Vitum Theodoricum ſcri-
pta eſſe Neſtor ille aſſerit. Unde haec Lutheri arrogantia Lampadium impulit, ut ad
Lutherum noſtrum illa verba Chriſti accommodet: Qui admoveſt manum aſatro &
reſpicit ad ea, quae retro ſunt (ad ſuam auctoritatem defendendam, jaſturâ veritatis)
non eſt appoſitus ad regnum Dei, in mellific. p. 444. II. Philippum Luthero preſe-
runt, illa, quibus Lutherus ſuperiori ſeculo non tantum Philippo, ſed & omnibus re-
liquis antecelluit, extenuando, & negando: quo pertinet illa Philippistarum narratio,
de Cinglio, qui apud Helverios prius reformationis ab abuſibus Pontificijs opus magnâ
animi confidentiâ inceperit, antequam in lucem prodiret Lutherus apud Saxones; quâ
reformationem doctrinâ cœleſtis miniſterio Lutheri divinitus conſecratam non obſcurè
vocant in dubium. Ita, cum Philippistarum Neſtore, Lampadius in mellificio p. 433.
Cumq. ob illud Reformationis opus tertius & ultimus vocetur Elias à noſtratibus Luth-
eris, non improbare ſolent illam Calvini vocem: qui, Sacrilega, inquit, temeritatis eſt,
aſſerere Lutherum ultimum vel tertium fuiſſe Eliam. III. Luthero Philippum preſe-
ferunt, conglomeratam comparationem diſſimilium inter hos inſtituendo, idq. cum in
doctrina tum in vita. Nos potiori membra ita conjungemus: 1. concordiam à ſolo Phi-
lippo non Luthero in Saxonia conſervatam ajunt. Lamp. in mellific. p. 450. Nec mirum.
quia 2. in Luthero accuſant affectuum humanorum, irâ inprimis, impetum & ſer-
vorem, cui potiffimum in controverſia de Cœna indulſerit. Vide hæc apud Berlinenſes
in ſynopſi p. 293. Embdenſes in Erinnerung p. 194. Lampad. c. 1. de orig. ubiquit,
& novum illum Calviniano-Philippistam D. Pelargum contra D. Schlusſelb. G. 1. & c. è
contra, Philippum, à Deo, Luthero adjunctum fuiſſe *παρακαλεσθην*, non ut vehementiâ
certaret, ſicut Lutherus, ſed ut moderatione Principum concitatas iras leniret, ut Ne-
ſtor Philippistarum habet p. 4. unde prudentiam & moderationem Philippi immane
quantum commendat Joachimus Camerarius in præfat. Epistolar. ad ipſum ſcripta-
rum! Et Neſtor Philippisticus exiſtimat, è commune factionibus Melanchthonis ali-
qua correcturum fuiſſe Lutherum, & de vehementia in hoc conſpectu remiſſurum plu-
rimum, nec Pontificijs ad ſui idoli deſenſionem tantam conſeſſurum, niſi extitiſſent,
qui inflammatum ante, aut ſponte currentem, velut calcaribus ſubditis, vehementius
incitaffent. Vide Berlinenſes in ſynopſi p. 282. 283. Pezel. part. ult. argument. Philipp.
p. 147. & ſeqq. Hinc ſluit 3. quod inter Polemica & didactica Lutheri ſcripta, cum a*

Hospiniano in concord. fol 62, frequenter distinguunt, & illis, utpote affectuum istorum plenis, cum his, eandem certitudinem & auctoritatem competere nolunt. Inter Philippum scripta non item. 4. Quia Lutherum suam de cœna doctrinam, ajunt, è Scholasticis & Pontificiorum scriptis hausisse, ut Harmin. de Mosa contra D. Hutt. p. 40. 41, Bremenses, alij, consent, quorum a Lutherinis pennis se texerit, ita ut pene in præcipuis ejus scriptis nil reperiat, nisi descripta, ad verbum è Scholasticis, præcipue è Gabriele Riello, ut Nestor Philippisticus habet fol. 18. Lampadius ita effert: Lutherum cum Papiis in supina ignorantia, in loco de cœna, fere usq. ad finem vitæ habuisse. In mellificio historico p. 450, cum, juxta eosdem, Philippus, è sacris literis, & Patrum antiquorum monumentis, sua collegerit. 5. Lutheri facultatem docendi carpunt, docentes, dissertationes à Luthero horridius fuisse exasperatas, extra tramitem medium abductas: quæ Lutherus obscure, sparsim, diffusè & germanicè tradidisset, ea à Philippo fuisse illustrata, in methodum redacta, captivi discentium accommodata, scribendo, disputando, docendo, latè, ad gentes etiam exteras & nostræ linguae imperitis, propagata; quæ omnia sunt apud Nestorem Philippisticum fol. 1. & ulterius: Nihil scripsisse Lutherum in amplissimo suorum librorum Oceano, quod non in vulgulis examinis, locorum communium, & corporis doctrinae Philippi plenè & solidè contineatur: Ita methodicè, ut Srenus Philippista Laurentius Ludovicus, cum Heidelbergensi, immo Berlinesi Reformatore, Sculteto, dicat in orat. p. 464: Docuit, utiliter N E M O, qui ejus methodum neglexit. 6. Lutherum, ajunt, non tam forti fuisse pectore, quàm Philippus. baud à tergo, hoc nomine, hostibus notus, cum Lampadio in mellific. p. 442, quod probant, quia Lutherus privatim tantum Augusta cum Cajetano collocutus sit, clam ab eo discesserit, & Vornatiam causam suam tumultuariè egerit; Casaremq. mitissimum habuerit, è contrâ Philippum sæpius, eumq. non absentem sed præsentem, idq. cum acerrimis hostibus, dimicasse, omnibusq. præliis in comitijs & colloquijs non solum interfuisse, sed & præfuisse, cujus insuper suggestionibus Lutherus Lipsiæ Ecclesiam prostravit. Confer Scultetum & Ludovicum in orationibus pag. 466. 467. De Luthero etiam hoc loco addunt, quod in angustias Marburgi, in colloquio, redactus sit, ita ut nihil amplius respondere posset, at de Philippo non item. 7. Philippum ijs donis fuisse instructum, quibus Prophetas, rebus Ecclesiæ collapsis consulturus, exornavit Deus, ajunt Laurentius Ludovicus & Scultetus in orationibus p. 465: at de Luthero hoc verum esse negat Hospinianus fol. 63. Hinc manat. 8. Philippum fuisse Lutheri præceptorem & moderatorem, quò, ut Nestor Philippisticus loquitur, neminem facilius & patientius ferre potuerit fol. 3. 4, adeoq. Lutheri scripta juxta censuram & normam corporis doctrinae Philippicæ esse pensanda, ut Peucer. ibid. & Lampad. in præfat. de Ubiquitat. volunt. Unde etiam Lutherum in doctrinis & descriptionibus suis locos communes Philippi ad manus semper habuisse & usurpasse inculcant. Deniq. ne falsitas in his collationibus eos arguamus, urgent 9. Lutheri de Philippo ejusq. scriptis elogium, quod extat tom. 1. lat. oper. suor. in præfat. Ita præter alios Lampad. in mellif. p. 430. Berol.

456: *Berlinenses in Synopsi concord. Luther. & Calv. p. 289. Pezel. part. ult. arg. p. 266. Et novelli Berlinenses quidem, ductu Pezelij part. ult. argument. Philipp. p. 179 laudes Lutheri de locis communibus Philippi, mirā arte, referunt ad corpus doctrinae Philippi, & ad ultimam editionem locorum ejusdem p. 218, itidem manu ditione Pezelij in refut. testament. Selnecc. fol. 15. Tanta cum sit, si Deus placet, Philippi pro Lutheri dignitas, quis 10 vitio vertet quondam Philippistis VVitebergensibus, qui quotannis Panegyres & parentationes Philippo instituebant, cum Lutherum, nemo, scholasticā concinunculā interim dignum existimaret: epitaphium quoq; Philippo multo splendidius, inq; fronte & aditu templi constituebant, cum Lutherus exili tabula contentus esse cogeretur? Quibus utiq; artibus Philippum oculis & auribus hominum desigebant, Lutherum eripiebant. Et quid sibi aliud vult, D. Schönfeldij, nunc Professorus Marpurgensis vox, quā ad D. Pierium in colloquio habito anno 1591. d. 2. Junij usus, testatur, se id hactenus praestitisse, ut Philippum à contemptu vindicaret, & in prima statim concione Deleci habitā, explicationem Lutheri, seu frigidum glossam, rejiceret. Cujus colloquij acta edita vide in Antihospiniano Dn. D. Hutteri p. 351. 356. Novelli Reformatores Berlinenses in tota hac re vulpem esurientem adhuc imitantur, & licet alta Philippo trophaea statuunt, tamē in Lutheri nomine deprimendo se nondum ex professo adeo strenuē, ut majores exercere ausi sunt, & de eo si quid incidenter factum, purgat illos, non magnus aliquis Herminius, olim Germanorum dux & summus bellator, apud Tacitum & Suetonium, sed quidam gregarius Harminius de Mosā contra D. Hutter. p. 19.*

6. Resp. Non ignorant Philippistae, D. Lutheri divinam vocationem, ministerium, & prosperrimum in propagatione coelestis doctrinae successum, scriptaq; ipsius Spiritus S. gratia & fervore plenissima, majoris apud Ecclesias nostras fieri, idq; merito, quā universam Philippi existimationem: quare, ut hoc impedimentum removeant, & dejectā Lutheri auctoritate Lutheranam quoq; confessionē, de persona Christi, SS. Coena, praedestinatione, justificatione &c. prosternant, ideo omnes ingenij nervos intendunt, ut Lutheri existimationem proculecent, Philippi verò, omnibus viribus, vanissimē extollant. Aggrediamur hos censors rectā, cum pompa ipsi etiam Circensibus odiosa fuerit, dicente Denaro pag. 10. II. Gloriam Philippi cum Lutheri ignominia, praeter Philippi meritum & voluntatem, asserunt Philippistae. Philippus enim Lutherum, divinitus accensum, doctrinam emendasse, ecclesiam repurgasse, errores Papisticos sustulisse, abolevisse, restatur, in praefatione praefixā tom. 3. Lutheri, scriptā anno Christi 1549, ab obitu Lutheri anno tertio: ubi etiam probat Erasmi Roterodami (quod D. Urbani Regij & D. Hieronymi VVelleri quoq; fuit) judicium, qui solitus dicere, neminem esse interpretem dexteriores, omnium, quorum extant literae post Apostolos, Luthero; ijsq; candorem & judicium deesse affirmat, qui aliter statuunt. Similia habebis in judicio Philippi de Luthero, quod doctissimo Lutheri in Genesin

commentario præmisit, anno Christi 1552, ubi, inter alia, Res ipsa, inquit, ostendit, ipſius Lutheri enarrationes longè antecellere aliorum interpretum scriptis, quas quidem ad posterorē transmitti utile est, ut de omnibus articulis nota sint viri tanti, cujus pectus Spiritu S. regebatur, & confessiones, quibus deinceps pij in certaminibus dogmatum confirmentur. Hæc contra Philippistas, ipse Philippus. II. Cum de præferendo, vel Luthero, vel Philippo, quaeritur, non agitur de eo, quis in Scholasticæ juventutis commodum, enchiridia, compendia & elementa ediderit, quis necessarias artes dicendi, & linguarum, græcæ & latinæ inprimis, studia, à monastica barbarie, unà cum Erasmo, & alijs, in Scholarum usum reduxerit; quod omnino Philippo tribuimus, sed de eo: quem Deus doctrinæ celestis, Reformatorem, superiore seculo, Lutherum an Philippum, esse voluerit? uter prius Papalem hierarchiam, horrendam illam beluam, scriptis ac disputationibus oppugnare ausus sit? uter ab altero doctrinæ lucem acceperit? uter majora pro veritatis confessione pericula subierit? uter majorem in adverso exercitu stragem ediderit? illud est, quod inter nos & Philippi parasitastros quaeritur. Philippus ipse prioritatem hîc Luthero deberi, quippe qui primùm Evangelij doctrinam restituerit in lucem, prolixè fatetur tom. 1. oper. Lat. fol. 381: Nec ablu- dit Calviniano - Philippistarum Rabbi, Theodorus Beza, cum de Luthero ita canit: Roma orbem domuit, Romam sibi Papa subegit, viribus illa suis, fraudibus ille suis: Quanto illa Major Lutherus, major & illo, illum illamq; uno qui domuit calamo: In nunc Alciden memorato Græcia mendax: Lutheri ad calamum, ferrea clava nihil. Idem in libro de pœna hæreticorum p. 94. 95. 142. 148: Lutherum vocat fortissimum Heroem, eximium & doctissimum Dei servum; Christianæ Religionis instauratorem, virum admirandum in diebus nostris: & talem, ut qui non sentiant in eo Dei Spiritum fuisse, nihil sentiant. III. Ipſi veritatis hostes, Pontificij, Lutherum Philippo, & reliquis omnibus ejus ætatis, prolixè anteposuerunt, ut D. Mellerstadius, primus Academiæ VVitebergensis Rector, qui tunc temporis pro mundi miraculo habitus fuit, & ut aliorum Pontificiorum, etiam Cardinalium, de Luthero honestissima judicia taceam, unicum tantum, quod instat multorum esse potest, addo, Andræ Masij, doctrinâ & plurimarum linguarum peritissimi: qui in adornandis Biblijs Antuerpiensibus, bonam operam navavit, & Hispalensi adjutor fuit. Hic, etsi Pontificiam religionem proficeretur, tamen in convivio cœnobij VVingartenſis, præsentibus Papistis & Lutheranis, apertè fassus est, Plus Theologiæ in uno folio Lutheri inesse, quàm in ordum in toto libro alicujus Patris. Ubi ita, de Philippo, hostes veritatis, jiq; primarij? IV. Quid dico de testimonijs hostium, quæ semper magno solent haberi in pretio? Ipse Spiritus S. testatur, Lutherum datum esse senescenti Ecclesiæ Doctorem egregium, cujus similem ab Apostolorum ætate nec viderit, nec habuerit, Apocal. 14. v. 6. 7: quem locum de Luthero explicandum, utpote Heroem ad opus

ad opus reformationis divinitus excitato, eventus docuit. Ascribitur ibi Angulo (Luthero) volatus, quo indicantur quatuor, insignis in perficiendo opere commissio diligentia, in prædicatione & reformatione felicissimus & velocissimus successus, in alacritate constantia, in periculis Dei admiranda protectio; adduntur simul Evangelij æterni, quod prædicaturus sit, præcipua capita, quæ per medium cæli, h. e. totum orbem Christianum, divulgaturus sit. Cõplementũ in Luthero est evidens. Et dabunt mihi hoc omnes pij, qui scripta hujus viri cogitat lætitant, eos, dum res tractatas animo attento observant, tanquam adamaninis constrictos vinculis detineri, ut mirè fortiterq; affecti, properare aut festinare legendo non possint: ita, ut in comparatione cum Luthero, Philippus sit, quasi litera mortua: dabunt mihi, verè judicasse D. Nicolaum Ambsdorffium; Si omnes commentarii veteres & recentes, etiã in unam massam conflentur, & id, quod optimum est, ex ijs decerpatur, non tamen cum Lutheri scriptis conferri posse. Hoc enim, ut cum D. Urban. Regio dicam, judicium non ex amore fuit, sed potius amor ex judicio. Hinc fit, ut verè possimus hoc Luthero elogium tribuere, quod sibi præ alijs vendicat Paulus, cum ait 1. Cor. 4. v. 15: Etiam si decem millia pædagogorum haberetis in Christo (Brentium, Chemnitium, Philippum &c.) at non multos Patres: Ego (Lutherus) enim genui vos (repurgatas Ecclesias) in Christo Jesu per Evangelium. Non adducam variorum varicina de Luthero nostro, sed age Philippista, V. iniquæ tuæ comparationis Lutheri cum Philippo, & Caninæ tuæ in Lutheram impudentiæ rationes nobis detege! at vidè, ne sint adeo frigida, ut strideant, & tremant, ceu nudula Adriani anima, adeo pallida, ac si fame perijissent, sicut Blepsias ille apud Lucian, adeo leves, ut ille apud Casti non. qui ignem exuffaturus, unã cum favillis per caminum in auras abreptus fuit. Dispiciamus ordine. I. Ais: *Multa esse in doctrina Lutheri, non Melanchthonis, hæresium portenta.* Resp. Quenam verò illa, viri Philippista? Multa à vobis conglomerari scio, at per calumniam, ut, cum Lutherum Idololatriæ, impanationis, transubstantiationis, monstruosæ ubiquitatis (quæ vobis portentum, excrementum, pulchra Helena, Iestrica & Mammata Diana, Chymæra appellatur) caperemaiticæ lanienæ, Eutychiæismi, & similibus blasphemiarum rerum agitis, cum argumenta Lutheri, phrasi etiã novis reformatoribus Berlinsensibus probatã contra D. Hoep. 144, quæ verbis institutionis, in locò de S. Cœna, desumpfit, crepitus asini thurificos blasphemè vocatis. Sed de his alibi & aliàs. Inter alia, licet Luthero cum Nestorianis dogmatibus tantam intercessisse pugnam sciatis, quantã vix inter lucem & tenebras cogitari potest, vosq; ipsi, Philippum fideliter secuti, contra Lutherum, Nestorij impietates ex Orco revocetis, ut cap. 4. evincemus, Nestorianismum tamen, Diabolici odij in Lutherum cæstro perciti, Luthero ascribere non veremini. At quibus argumentis? an ijs, quibus Bremensium Grabius, fidelissimo D. Lutheri discipulo, D. Hunnio p. m. eundem imputabat errorem?

ea verò à Dn. Schrödero jam pridem confusa meministis. Nil superest, nisi illud
 Bellarminianum, quod vobis apprimè placiturum, quis mirabitur, cum anno 1564,
 & 1571 uterq; manipulus Philippistarum & Jesuitarum syncrētismum inierit, &
 in capite de persona Christi in unum convenerit, conspirarit. Urget Bellarmi-
 nus, tom. 1. de Christ. in præfat. Lutherum scripsisse in Postilla majore concione
 de natal. Domini; Imperitos quosdam facere Christum hominem omnipotentem.
 E quibus Lutheri verbis, colligit, Christum hominem, juxta Lutherum, non esse
 Deum, sed duas in Christo esse personas. Hem serra vobis, hem triumphos Phi-
 lippistæ! Sed tamen nolite ἐπιβάντες, ante victoriam. Nam salva res est: Fal-
 litis disparatorum & plurium quæstionum confusione! Pugnat enim, ut totius
 citati loci *συνέκτιστος* indicat, Lutherus, contra illos, qui more Eutychiano, hu-
 manam naturam, per se, è transfusione proprietatum Physicâ, omnipotentis na-
 turæ aut essentiæ esse fingebant. Unde duo infert, neq; humanam Christi natu-
 ram, ut divinam, esse essentialiter omnipotentem; neq; peculiarem aliquam habere
 omnipotentiam, ab omnipotentia Filij Dei diversam. Nolo hic plura, cum è sim-
 bria de universo texto hujus criminationis sumi possit judicium. De portentis
 in doctrina Melanchthonis capite 3. & 4 erit dicendi locus. Ais II. Lutheri præ Phi-
 lippo magnâ fuisse superbiam, pertinaciâ. Resp. 1. Falsa omnia. Sic enim inferimus;
 Spiritus S. non habitat in anima superba, & pertinaci. Vide Prov. 12. v. 1. c. 13. v.
 1. 2. Tim. 3. v. 1. & seqq. 1. Pet. 5. v. 5. 6. Sirac. 10. v. 14. Et duo sunt, quæ fa-
 ciunt hæreticum, opinio sc. falsa in articulo fidei (qualis est de S. cœna) & in eâ
 asserendâ pertinacia: dicente Augustino, lib. de utilitat. credend. c. 1, qui etiam
 exponens illud Psal. 18. v. 14: emundabor à delicto maximo, delictum, inquit,
 maximum, arbitror, superbiam esse. At Lutherus fuit, toto vocationis suæ cur-
 riculo, salutare organum Spiritus S, ipso Philippo teste, in præfat. tom. 3. oper.
 Luther, & præfat. commentar. in Genesin, immo ipsi Philippistis testibus, ut
 Peucero fol. 2. Ergo. 2. contrarium patet, è rebus Lutheri gestis: quia non mo-
 dò Pontificios errores detestatus, sed & suos, in quibus aliquando hæsit, publicè,
 coram Ecclesia, confiteri non erubuit, idq; in præfatione suorum operum, anno
 obitum ipsius proximè antegresso. 3. Lutherus in Postilla Ecclesiastica, edita
 anno 1521, in expositione Epistolæ die Nativitatis, ultro fatetur, se, ante id tem-
 pus, sæpe hallucinatum fuisse, naturæ in Christo ea, quæ personæ sunt, attribuendo,
 & contra. Nostis hoc optime, nostis, viri Philippistæ, quia subinde illa nobis ob-
 jicitis, sed nefarie, dum quæ Lutherus de tempore, ante annum 21, dixit, vos ad
 sequentia quoq; & sic ad sequentibus annis editos Lutheri libros refertis, quæ
 nempe Lutherus, in omnibus suis, contra Sacramentarios, scriptis, etiam dictum
 annum secutis, nondum inter concretum & abstractum distinguere didicisset.
 Nos inde ita arguimus: Si Lutherus hunc suum errorem, adeo maturè, primo &

serven-

ferventissimo cum Pontificijs conflictu, non tantum agnovit, sed & publicis scrip-
 tis ad posteritatem transmittendis testatus est, neq; quicquam, ob ingenuam
 suam confessionem, causæ suæ metuit, nullus, in quo mica candoris, eum ita, per-
 tinaciâ, & superbiâ à Diabolo fascinatam suspicabitur, ut timuerit, ne auctori-
 tatem & fidem amitteret, vel doctrinam à se repurgatam in discrimen addiceret,
 si in causâ Sacramentaria mutasset sententiam. At prius est: è dictis. Ergo. 4.
 Quin, non superbiam, non pertinaciam, ut Philippistæ volunt, Luthero dictasse
 in doctrina contra Sacramentarios perseverantiam, docent verba, quæ ex maiore
 Lutheri confessione huc transcribam: Si quispiam, inquit, post obitum meum di-
 cturus est, quod si Lutherus nunc superstes esset, hunc vel illū articulū aliter doceret,
 Nō n. satis illū perpedit, Contra id ego nunc protestor, & tunc, si superesset, protesta-
 rer, ut nūc facio, quod singulari Dei beneficio, omnes istos articulos diligentissimè
 perpenderim, & ad scripturæ normam examinaverim, quodq; tanta cum *ᾠλη*
ᾠλη & constantia tunc omnes reliquos tueri velim, quantā nunc doctrinam
 de S. Domini cœna defendi. Non ebruius nunc sum, neq; ex incogitantia hoc
 scribo. Scio quid loquar, & probè sentio, quæ mihi ratio reddenda sit, in novis-
 simo die, cum Dominus & Salvator noster ad iudicium venerit. Itaq; nemo me
 hīc jocari, aut rem frivolam tractare existimet; Res mihi seria agitur. Novi e-
 nim Satanam, Dei beneficio, magna ex parte: si Dei verbum & scripturam cor-
 rumpere & pervertere potest, quid in meis aut alterius verbis intentatum relinque-
 ret? Hæc Lutherus, anno 28: quo sensu, postea ultimam quoq; confessionem
 suam anno 44, non multo ante obitum, repetivit, ut ostenderet, se eam doctri-
 nam, quam contra Sacramentarios defenderat, non pertinaci aliqua superbia
 entatum esse, sed ita tradidisse, ut eam coram tribunali Christi profiteri nullus du-
 bitarit. *Ans IV. non deesse, huius pertinacis arrogantia, in Luthero, & humilitatis, in*
Philippo, exemplum. Cum enim ante VVormatiensia & Ratisbonensia comitia,
ad dicta à Philippo è Patribus adducta, illa nempe, quibus panis figura corporis Chri-
sti nominatur, respondisset Lutherus, Geometricam corporis figuram intelligi, & Phi-
lippus contra, hæc esse conficta glossata, esse jejunam ac frivolam sophisticen, osten-
disset, præsertim cum Patres græci, quorum magna sit auctoritas, minus ambigue,
panem & vinum vocent *ὁ ἁβὼλ αὐτῶν τοῦ σώματος*, ibi Luth-
 erum arroganter & pertinaciter respondisse: malo grecos rejicere universos, quotquot
 mihi adversantur, quam sententiam deponere, quam latina (Romanam intelligens)
 ecclesia professæ est. Resp. 1. Unde rem sic actam esse probabis? An quia Peu-
 cerus fol. 19. & 20 affirmat? Ille multorum portentosorum mendaciorum
 architectus? ille sceleratissimè impius? Der verlogene falsche Dube/ue
 Elector Augustus loquitur, im bedencfen scripto anno 74. 28. Maji. 2. alias
 D
 ref;

effi uni, licet in magna dignitate posito, regulariter non esse credendum, ajunt.
 Icri, & recte, ex Num. 35. v. 30. Deut. 17. v. 6. c. 19. v. 15. Matt. 18. v. 16. Quis
 ergo uni Peucero? immo, quis testi huic injusso, injurato, & domestico, ejusdem
 causae & criminis, haereses nempe Melanchthonianae socio? & sic ab amore,
 odio, gratia, falsitate, suspecto? non oculato, sed, quod ipse fatetur, aurito?
 Quantum quoque ille de rebus Theologicis testabitur, qui Philosophicis & Medi-
 cis unice deditus, qui, ut ipse ad D. Jacobum Andreæ scribit, idiora, & certami-
 num Ecclesiae ignarus? iste Damasippus, aliena curans negotia, excussis propriis?
 3. Vitebergenses Theologi, in scripto contra Peucerum, ita argumentantur: Qui
 perjurus est in Deum, qui Magistratum suum malitiose & fraudulenter fallit, qui
 juventutem Scholasticam veteratorie seducit, qui Ecclesiae & scholas nefarie per-
 turbat, is fidem omnino nullam meretur. At talis est Peucerus, quod membra-
 tim à p. 35. usque ad p. 70. prolixè & evidenter probatum invenies. Ergo. Sed fac-
 hæc ita gesta esse: 4. an propterea malè vel sensit vel scripsit Lutherus, quod exi-
 stimat Patres figuram intellexisse Geometricam? Non creduim. Neque enim Geo-
 metricae figurae appellatio ita angusta est, ut trigonum, tetragonum, & similia,
 solum denotet, sed & exterior cujusque corporis forma, quæ in sensum oculorum
 incurrit, figura appellatur geometrica, ut è Strabone, Plinio, Pausania, Ptolomæo,
 Pomponio Mela, videre est. Hoc ergo, si modò vera narrant Philippistæ, dicere
 voluit Lutherus, Patres, figurae voce, non intellexisse, ut Philippistæ, nuda sym-
 bola absentis corporis, sed, more Geometrarum, qui figuram in supposito solido
 corpore nominant, solidum & verum præsentis corporis Christi exhibitivum exem-
 plar, vel externam panis speciem & formam in oculos incurrentem, quâ median-
 te, verum corpus exhibeatur. Ita enim vocem figurae ipse Tertullianus explicat
 lib. 4. contr. Marcion. fol. 285. Hanc esse germanam Lutheri mentem, è libro
 ipsius, de verbis Coenæ, planum est. Nec dubito, quin Lutherus phrasin hanc,
 de figura Geometrica, vel, ut in libro de verbis Coenæ loquitur, mathematica, con-
 sulto usurparit, ut sc. unâ operâ, Patrum sententias, & à Calvinianorum, ut jam
 dictum, & à Pontificiorum, qui nudam tantum figuram accidentalem panis reman-
 nere, non rem solidam, contendunt, errore vindicaret. 5. Quantum symboli
 vel signi vocem attinet, cujus evidentia in primis urgetur, ita habendum: non
 minus nos, quàm Patres, eâ, & alijs similibus, in doctrina de Sacramentis, uti,
 idque, ne erres, modò duplici. Nam, aut Sacramenta integra dicuntur signa,
 aut partes Sacramentorum. Si integra, descriptio est à fine, quod sunt signa obfi-
 gnantia, vel, ut August. confessio artic. 13. loquitur, signa testificantia, de Dei
 erga nos gratia, non autem gratiam tantum significantia, ut Philippistæ volunt.
 Hinc Apostolus vocem *σημεῖον* Gen. 17. v. 11, explicat per *σφραγίδα*
 Rom. 4. v. 11. Si verò in Sacramentis N. Test. pars Sacramenti altera, puta, ter-
 restre, vocatur signum, non intelligitur signum audè *σημαίνειν* & *μνη-*

160

παραδόντων rei celestis absentis, (in quo genere erant typi V. Test.) quæ Philippiistarum glossa est, nam hoc sensu, Patres, ut figuræ, sic & signi vocem, diserte rejiciunt, ut Theophylact. in c. 26. Matt. Damasc. lib. 4. orthod. fid. sed *παράδοντες*, *παρεσόντες*, *παρουσίντες*, *παροδόντες*, ac *παροφύοντες* rei celestis, verè præsentis, ac Sacramentaliter visibili elemento unitæ. Si urseris vocis, S I G N I, evidentiam, respondeo, signum esse quod signat, & præsupponere, quadantenus, rei signatæ invisibilitatem, non absentiam. Nam Luc. 2. v. 12. panni & præf. pe dicuntur signa, cum tamen non solum Pastoribus, promissiones de Messia, in mentem revocarent, vel salvatorem natum esse, tantummodo designarent, ut miraculosa illa stella Matt. 2. v. 9. sed involutum & præsentem cominus exhiberent. Et, hoc sensu, symboli vocem intelligi, vel è solo Theodoro, in cuius auctoritate Philippistæ summam victoriæ spem collocant, discere poterunt, è dialog. 1. 2. 3. & super. 1. Cor. 11. Quia verò de sensu Patrum, quæ vocem signi, agitur, hoc argumentum formo: Ita panis est signum corporis, ut sanguis signum animæ. Deut. 12. v. 23. Propositio est Augustini contra Adimant. c. 12. tom. 6. oper. mihi p. 231. At sanguis signum est, non absentis, sed præsentis animæ, nempe quia anima carnis est in sanguine. Levit. 17. v. 11. 14. Ergo panis, stylo Patrum, est signum corporis præsentis, non absentis (prout Typhi signum prisce dicebatur juvenus, apud Philonem p. 356 de temulent. ediz. Bas. anno 58.) quemadmodum volunt Philippistæ: quorum Cœna usq; ab antiquulo ad capillum summum est allegorica: estne? Considera: vide, signum pictum pulcrè videris: dico ad imitationem è Plauti Epid. act. 5. scen. 1. v. 16. 17. 18. 6. Quando verò hæc contingere, quæ hic narraris, quæro, à vobis, viri Philippistæ? Respondetis: intra annum 37 & 40. Itane? At eo tempore, inquam ego, jam prodierat liber Lutheri, de verbis Cœnæ, quod firma & immota subsistat, ultra decennium; in quo, illa figuræ Mathematicæ, quam diximus, continetur explicatio: quæ si Philippo, in colloquio illo, improbata fuit, cur eundem librum, trivolum hanc sophisticen, Illustrissimo Principi Barnimo, Duci Pomeraniæ, luculentæ præfatione, anno 556, ita commendare non veretur, ut Illustriss. ipsius celsitudo hanc doctrinam, eo tomo & libro comprehensam, piè amplectatur, Ecclesias, juxta eam, rectè doceri curet, & pericula confessionis constanter sustineat? Conciliate. 7. Argiva est calumnia, Lutherum, per Latinam Ecclesiam, intelligere Romanam: agitur enim eo loco, de scriptoribus Ecclesiasticis, quorum quidam dicuntur græci, qui græcis, quidam Latini, qui latinis usi sunt literis, sive ij sint Germani, sive Itali, sive Galli, sive aliarum regionum scriptores. Tum: de jis Latinis respondet Lutherus, quorum sententias consignatas in pagella Luthero obtulit Philippus. Id enim affirmatis Philippistæ. At Philippus, Latinorum Patrum, non Ecclesiæ Romanæ, obtulerat sententias. Affirmatis & hoc. Concludite ergo,

& domesticum vestrum thesaurum, quem nobis ostendistis, ipsi reprehendite.
 3. Rectè quoq; Lutherus, in negotio S. coenæ, Latinos Patres anteponebat Græcis.
 Ut maximè enim Græci satis dilucidè, orthodoxè, & antiphilippicè, de hoc ar-
 ticulo suam exposuerint sententiam, dilucidius tamen & copiosius omnem rem.
 Latini explicarunt, esse sc. ipsam corporis & sanguinis Christi substantiam in plu-
 ribus simul locis præsentem, accipi non tantum fide, sed & corporis ore, Christo
 non modò nos spiritualiter sed & corporaliter conjungi, ipsos indignos fide ca-
 rentes verum corpus & sanguinem Domini in S. Coena accipere. Id quod patebit,
 è collatione dictorū, quos, è veteribus, cumulo citarunt, Jacobus Andreæ in refuta-
 tione orthodoxi cōsensus, Chēnitius, Marbachius, Hamelmannus, VVitebergenses,
 è quā simul videbis, omnes nodos, siue Philippistarū, siue Calvinistarū, in controver-
 sia de S. Coenā, jam diu Patres latinos dissecuisse. Vel solus Augustinus, QUATU-
 ORDECIM in locis, Philippico-Calvinianā, de S. Coenā, sententiā, evertit. 2. Propria
 vinera exditis Philippistæ, si modò vera, narratione vestrā, exposuistis: exinde e-
 nim superbia Philippi non Lutheri cōspicitur. Superbi namq; & immodesti ho-
 minis est, quem, ceu patrem, Præceptorem & superiorem reverenter colere debe-
 mus, ut Philippus Lutherum, ita duriter, nondum audita vocis, quæ nobis obscu-
 ra videtur, explicatione, insectari, ut dicas, jejuna & frivola sophisticā eum nobis
 imponere, ceu Philippus ad Lutherum hīc dixisse dicitur; modesti verò est & hu-
 milis, placidè & verècundè interpretationem ab illo rogare. Regeres: eo ostē-
 di Lutheri perniciam & superbiam, quod se malle, ait, universos græcos abjicere,
 quā suam sententiam deponere. Resp. 1. Non major hīc Lutheri vel superbia
 vel pertinacia (hoc est, nulla) quā, VVitrakeri, Philippi amantiſimi, cujus
 hoc est verissimum, & ipsorum Patrum judicio conforme (quod alibi demon-
 stratur) judicium: Qui Patres, inquit, si essent nobis infesti, nec ijs respondere
 possemus, non tamen hoc lædere causam nostram deberet: quia fides nostra non
 ex patribus, sed ex scripturis pender, de script. q. 6. c. 17. p. 644. edit. Herborn.
 anno 603. Similia habes apud strenuum Philippi defensorem Pareum, in hac ipsa
 de S. coenā materia lib. 4. de Coenā c. 1. Et si alterius Philippistæ cum Philippo
 sunt sententiæ, a seorsō se committunt fundamento, Pontificiasq; plumas, ut vi-
 dēri volunt, nondum abjecerunt, cum hæc non ignobilis Papatus penna sit. Cum
 Bellarminus objiceret, O M N E S Patres summa cōsensione idem docere: quid,
 quem vestrum dicitis, Iunius, Philippistæ? Ergo, inquit, pessimè. tom. 2. oper. p. 559.
 edit. an. 608. Hæccine est superbia? Philippus certè verba Lutheri superba esse, pu-
 rare non potuit, cum Lutherum omnibus Patribus præferat, ut vidimus. 3. Nos verò
 Patrum cōsensum, in articulis, inter nos & Philippum vel Philippistas contro-
 versis, grātā mente acceptamus, & urgemus, qui certi sumus, hos Atlantes Phi-
 lippisticum cælum non fulcire, sed potius, ut muranæ aceti gustu, apud Plinium
 tom. 1. lib. 9. p. 432, sic Philippistas, Patrum fide, agi in rabiem. Hinc Patrum
 testi-

testimonijs à nostris pressi; respondent, vel; Patrum rhetoricationes non creare
 novos fidei articulos, vel, Patres in Polemicis scriptis vincendi studio abreptos
 sæpe arripere, quæ si exactius ponderassent, non attigissent. Hæc enim illorum
 verba sunt. Ais *V. Lutherum inconstantia & defulsoria leuitate, bellum Sacramenta-*
rium seditum, adversus Cinglium, contra pacta, renovasse; Philippum non item.
 Resp. Palinodiam canite, vos homines inconstantissimi & levissimi, ob commen-
 tum hoc, verè & propriè Thracium. Quænam enim pacta intelligitis? Ita colli-
 go: aut intelligitis Marpurgensia, anno 1529, aut Suinfurtenfia anno 1532, aut
 Vitebergensia anno 1536, aut Schmalcaldensia anno 1537. Si Marpurgensia, Lu-
 therum è sua parte, certo sine, promississe silentium fateor, quod & quindecennale
 præstitit, sed hac lege, si Cingliani etiam silerent, nec quid novarum turbarum
 moverent. Iam quæro: quis pactum hoc ruperit? an Lutherus? Persuade hoc il-
 lis, qui nesciunt, quid heri actum sit, mihi nunquam persuadebis: qui scio, Sacra-
 mentarios in Helvetia, cum tamdiu Lutherum silere videbant, hujus mansuetudine
 abusos, recollectis quasi viribus, majori vehementiâ, quàm olim, se ad bellum
 Sacramentarium instaurandum accinxisse, dum non tantum ea Cinglij scripta,
 quæ ante fuerat edita, in quatuor tomos digesserunt, & utriusq; linguæ typis exscribi
 curarunt, sed & nova quædam, & in his, impiissimam illam fidei Christianæ,
 quam vocant, expositionem, Tiguri imprimi curarunt, longam & operosam
 præfationem adversus eos, qui Cinglium pro hæretico proclamassent, addentes, h. e.
 pacta rumpentes. Quibus Lutherus laeessitus, cujus neq; os neq; calamus hæcte-
 nus capistrari debuit, respondebat. Si Svinfurtenfiat ijs Tetrapolitani in fœdus
 recipiebantur, hac conditione, ut errore Cingliano abjecto Augustanam confes-
 sionem amplecterentur, quod & ab illis promissum fuisse, è Sleidani lib. 8, si ne-
 scis, discæ. Quin in conventu illo Svinfurtenfi, Elector Moguntinus & Palati-
 nus, istam conditionem expressè consilio pacis adjecerunt: Si Cingliani fateren-
 tur errores, atq; desisterent, eos etiam hac pace comprehendi, sin minus, remde-
 ferendos, neq; auxilij quicquam eis communicandum, neq; fœdus ullum cum eis
 faciendum esse. Quare, disputando adversus Cinglianos, Lutherus non egit con-
 tra pacta illa, sed potius juxta illa. Si Vitebergensia, (in quibus perficiendis
 quantum egerit Philippus hypocritam, cap. 5. demonstrabimus) nostrates in ijs
 (non ad Cinglianorum sententiam, sed Bucerum, errorem Sacramentarium a-
 pertè revocando, ad nos accessisse, annales docent: qui Bucerus cum in re tam
 seria consensum testaretur, in concordiam Lutherus consentire debuit, eodemq;
 nullo certè alio modo, concordiam in conventu Schmalcaldensi repetivit. At,
 cum accideret, ut rumores inde spargerentur, Lutherum, abiectâ puriore, in Hel-
 vetiorum concessisse sententiam, deq; eo consensu Sacramentarij publicis scriptis
 gloriarentur, Lutherus, Bucerianam concordiam, suæ doctrinæ, & toti Ecclesiæ
 fraudi futuram, infirmos perturbari, Ecclesiarum nostrarum confessionem

D. 3.

palsim.

passim in dubium vocari, & inconstantia accusari, videns, hisce causis, ut ipse
 in postrema confessione eas commemorat, motus, edidit, præcepto Petri, 1 Ep. 2.
 v. 12, exemplo Pauli Galat. 2. v. 1. & seqq. brevem confessionem, anno 1545, mortem
 suam præcedente, ut toti Ecclesiæ, se a sua doctrina, quam hæcenus de cœna de-
 fendisset, non defecisse, constaret. Ego enim, inquit in illa confessione, qui jam
 pedem alterum in sepulchro habeo, hanc laudem mecum ad Domini mei & Sal-
 vatoris Jesu Christi tribunal feram, quod fanaticos & Sacramentarios istos, Ca-
 rolostadium, Cinglium, Oecolampadium, Stenckfeldium, & ipsorum discipulos
 Tiguri, & ubicunq; sunt, serid & ex animo toto damnaverim, juxta mandatum
 ejus Tit. 3. Si quæ ergo hæc, illa non Lutheri sed Philippi fuit, inconstantia, & de-
 sultoria levitas, quippe quem pessime illud Lutheri scriptum habuit, ut suo loco de-
 monstrabimus. Ais VI. *Hanc Lutheri inconstantiam Henrico VII, ut Papatum*
in Anglia restauraret, non minimam causam præbuisse Resp. Falsum probum.
 Non enim hac, sed alia occasione & causa, Henricum instaurasse Papatum, Sleida-
 nus lib. 9. ostendit, quem vide, & mentiri desine. Ais VII. *Causam belli Ger-*
manici Lutherum multis visum esse, Philippum nullius. Resp. Calumnia hæc est, vin-
 dicanda non solo stylo, sed severius. Utq; si tanti belli Lutherus causa extitit, in-
 dignus fuit bonorum consortio, si autem non extitit, quod certò scimus, Philippi
 & illi, qui talia spargunt, pro Sycophantis & bipedum nequissimis habendi sunt.
 De argumento, quo mori, ita de Luthero sentiant, rogati, respondent: Lutherum
 non dimisisse Philippum Ratisbonam, ubi consilia fervida moderari potuisset;
 indeq; inferunt, causam belli germanici extitisse. Hoc nempe volunt: Si Philip-
 pus interfuit, anno 1545, colloquio Ratisbonensi, bellum illud non exarsurum
 fuisse, quia consilia fervida moderari potuisset. Unde verò hæc scitis, inquam
 ego? an res tanti momenti in solo fuit sita Philippo? an hujus moderationem,
 stoico aliquo facto & necessitate, eventum placidum sortiri debuisset, Menippus
 aliquis de Cœlo descendens, vos docuit? & quia non nisi ad colloquium cum Pon-
 tificijs docti viri tum perebantur, non ad consilium bellicum, huic colloquio si in-
 terfuisset Philippus, unde scitis, unde scire & vel suspicari potuit Lutherus, de
 bello, cum Philippo, Principes consulturos, & ejus consilium, seu oraculi ductum,
 secuturos? & anne reliqui qui Ratisbonæ tum commorabantur, sive Theologi, ut
 D. Brentius, post Lutherum optime de Ecclesia meritus, D. Sneyffius, D. Major,
 Vitus Theodorus, Joh. Pistorius, Martinus Frechterus, sive Politici, VVolratus
 Comes VValdeccus, Balchazar Gulthagus, Laurentius Zochus, ICrus, erant meri
 fungi, caudices & stabella bellica? an in his omnibus non fuit tantum pacis desi-
 derium, tanta moderatio, quàm in uno Philippo? Recolligite vos Philippistæ,
 nec insaniam insanite, de qua quis dubitet, Phrenerica sit an Paraplectica. Con-
 silium Lutheri quod attinet, equidem primum, de Philippo, ad colloquium Ra-
 tisbonam mittendo, conclusum fuit: at Lutherus, optimo animo, Philippum,

velo

consuetudinis adversæ, cum qua confistebatur, rationem habens, Electori excusa-
 vit, & D. Majorem, placidissimum certe Theologum, mitti impetravit. Scripsit e-
 nim ad Electorem: quia colloquium planè vanum & nihili futurum sit, de quo
 nulla spes bonæ frugis concipi queat, imbecillitati Philippi meritò parcendum esse,
 præsertim cum D. Major, negotio plùs quàm sit idoneus, si vel maximè nihil am-
 plius, quàm affirmare aut negare possit: adhuc Sneythum quoq; & Brentium ad-
 esse, qui nihil quicquam sibi adimi patiantur. Pro hac intercessione verè pater-
 na, pessimas Philippistæ Lutherò nunc agunt gratias. Ut finiam: Moderatio con-
 siliiorum fervidorum, de qua loquimini, aut respicit consilia Politica, aut Theolo-
 gica. Si Politica, jam responsum est, si Theologica, carnalis illa fuisset modera-
 tio, & maxima levitas. Scilicet, quia Pontificijs in doctrinæ articulis ne mini-
 mum quidem cedendum esse, nostri, tum consuluerunt, ea consilia Philippus mo-
 derari debuit, h. e. pacis ratione habitâ, mitigare, ut non nihil Pontificijs gratifi-
 carentur, sententiam illorum, vel aliquo modo acciperent, vel tantum non da-
 manarent. Hæc est illa execrabilis Philippica moderatio, de qua cap. 4. Maximè
 autem belli Philippum fuisse auctorem cap. 3. & 4. ostendemus. Ais IX: *Lut-
 herum Jenæ Caroloſtadio aureum dedisse nummum, eoque, seu arrhâ, arroganter ad
 publicum certamen provocasse. Ubi verò talia Philippus?* Resp. Mucò nares vestras
 oppletas reor, quem extraham, ut occasionem & finem doni hujus olfaciatis.
 Ita est: dedit Lutherus Caroloſtadio aureum nummum, at non eo hæc, ut, rabu-
 larum instar, contendendi libidinem expleret, & laudem & dissensionibus in Ec-
 clesia quæreret, sed 1. quia Caroloſtadius graviter conquestus erat, Lutherum, &
 eò, quod sibi à scriptis Caroloſtadij metuar, obſtare, quo minus Caroloſtadiana
 scripta typis publicis imprimi, vel impressa divendi queant. Idcirco hypocritæ
 hanc dedit iniquitatis mercedem, & aurei Rhenani munere, præsentibus multis,
 non solum civibus Ienensibus, sed & peregrinis, præcipuè, tabellarijs Cæsaris ac
 Marchionis, palam, ut in omnia loca emanaret, testificari voluit, tantum abesse,
 ut institutum ipsius impedire velit, quemadmodum mendaciter Lutherum Caro-
 loſtadius traduxerat, ut etiam, parte aliqua sumptuum suppeditata, promovere illud
 maximè cupiat. 2. quia clam serpentes errores Caroloſtadij plùs nocere Ecclesiæ,
 quàm si in lucem publicam protrahantur, Lutherus animadvertit, idcirco, ut
 occasionem istius delirii, palam refutandi, & nascentem Ecclesiam contra illud
 præmuniendi, hoc modo nancisceretur, libelli Caroloſtadiani evulgarionem au-
 reo redemit. Quâ in re quid demum peccatum est? Ais IX: *Lutherum au-
 dacitate suâ Pontificios concitasse, ut in Calvinianos ad mortem usq; seirent, teste
 ipso Crucigero, Lutheri collega anno 44.* Resp. 1. Pertinet huc illud Christi Ioan.
 13. v. 18, quod è Psal. 49. v. 10, de juda proditore adducitur: Qui manducat
 panem meum (Cruciger) sustulit adversum me (Lutherum) calcem suam.
 Quamdiu Lutherus in vivis, Cruciger se tanquam ejusdem confessionis fidem col-
 legam,

Negam publicè exhibuit, & nihilominus eundem adhuc superstitem, in eodem col-
 legio præceptorem & superiorem, clanculum, ad alios datis literis, tanti sceleris,
 Donatistico planè ingenio, insinuat. ò persidiam! ò calumniam! 2. Pontificijs
 eodem sunt Lutherani, quo Calviniani, censu, utrosq; ad rogam damnant, & cum
 personas habere non possunt, libros & effigies personarum, ut Leo X. Lutheri, cre-
 mant. Quomodo ergo Lutheri auctoritate apud Pontificios opprimerentur Sa-
 cramentarij? 3. Pontificij, ob dissensum à Papatu, jugulant Lutheranos, Calvi-
 nianos; at ob Calvinianorum dissensum à Lutheranis, Pontificios mactare Calvi-
 nianos, Creteasis est veritas. 4. Quid verò, si Philippi, Calvini, Ginglyj auctori-
 tate, Lutheranos à Pontificijs opprimi, & cremari affirmaverimus, sed & demon-
 straverimus? utiq; quia Pontificijs persuasum est, è Lutheri doctrina, omnes no-
 stri temporis hæreses, Philippistarum, Calvinistarum, Anabaptistarum, Photinia-
 norum, aliorumq; profluxisse, nos quoq; , tanquam auctores omnium illarum
 corruptelarum, puniunt. Ais X: *Quantum initium Reformationis doctrina: su-
 periore seculo, concernit, eo, Lutherum Philippo præferri non posse, neq; hoc nomine,
 Eliam tertium vocandū, cum antequam Lutherus prodiret, jam ante opus reformatio-
 nis Cinglius apud Helveticos instituerit.* Resp. Sicciat ergo, ò historioperdæ, Cin-
 glius, non tantum Luthero nostro præferendus, sed & vestro Philippo? ille Cin-
 glius, qui, Philippi vestri iudicio, Helveticum magis quàm Christianum Spiritum
 habuit? Sed ad rem. Oppono huic fabulæ 1. theses & scripta Lutheri, quæ te-
 rantur, quod neminem, in hoc, contra Pontificios, negotio, habueris prævium.
 Unde in præfat. oper. Latina scribit: Solus primo eram. Oppono 2. testimo-
 nium Sleidani, è cuius libro primo, libri nempe principio & fine, constat, Cin-
 glium anno 1519, toto, post Lutheri cum Tezelio conflictum, qui erat anno 1517,
 biennio, papales indulgentias impugnare cœpisse. Oppono 3. testimonium La-
 vateri, qui, in principio contro- sacram, itidem, integro biennio, initia Cinglia-
 næ in Romanam Ecclesiam incursionis, Lutheri impressionibus recentiora esse, as-
 serit. Oppono 4. testimonium Buceri, Lutherum, primum esse Apostolorum pu-
 rioris ad nos Evangelij, affirmantis. Oppono 5. testimonium ipsius Philippi, i-
 dem dicentis, in præfat. tom. 2. oper. latin. D. Lutheri, in præfat. tom. 3, in
 primis verò tom. 1. oper. Lut. fol. 381. Oppono 6. confessionem Philippistarum
 Nestoris, Peuceri, qui, licet in historico suo tractatu ambigat, an Lutherus an ve-
 rò Cinglius Pontificiorum errores prius reprehenderit, tandem tamen, hoc con-
 stat, inquit, Lutheri nomen à reprehensis erroribus Ecclesiæ, multo ante Cinglium
 innotuisse, & eundem *περὶ τῶν ἁγίων* atq; à Pontificijs præcipuè peti- tum & im-
 pugnatum fuisse. E quibus Peuceri verbis invictè concludo, Cinglium non fe-
 cisse primum impetum in Papatum, quia sic nomen Cinglij prius, quàm Lutheri
 innotuisset; Papa etiam non minus Cinglium quàm Lutherum excommunicaf-
 ki. Urgeo 7. Cinglium cum Ocolampadio, in colloquio Marpurgensi, in-
 segria

regis annis 13, postquam Lutherus Pontificios errores incredibili successu op-
 pugnaverat, multorum errorum, & quidem Papisticorum, convictum, rectiusq;
 in vera doctrina institutum fuisse. Testis hujus ipse Philippus est, in brevi illa
 de colloquio Marpurgensi Joanni Saxoniz Electori missa relatione, ubi, incom-
 modè, inquit, loquuntur (Cingliani) de hominis justificatione coram Deo, &
 doctrinam de fide non satis inculcant: sed ita de justificatione loquuntur, quasi
 opera, quæ fidem sequuntur, sint hominis justitia: malè etiam hanc quæstionem
 explicant: quomodo fides concipiatur: De his articulis, tum temporis, quan-
 tum fieri in illa festinatione potuit, A NOBIS INSTITUTI SUNT IPSI,
 & quo plura de ijs audierunt, eo magis institutio nostra placuit: in omnibus et-
 iam illis capitibus cesserunt, quanquam antea ALITER de ijs publicè scripse-
 rant. Similia habebis, eodem Philippo auctore, rom. Lut. Jenens. 4. fol. 467,
 ubi propriam Evangelij doctrinam tum parum ipsis notam fuisse, testatur. Si
 ergo Cinglius, usq; ad annum 1529, doctrinam fidei non rectè tenuit, si ipse in
 præcipuis articulis, adhuc in crassissimo errorum pontificiorum luto hæsit, inde
 per Lutherum & Philippum extractus, & institutus, obsecro, qualis fuit ipsius re-
 formatio ante Lutherum? 8. Quid moras nectis? ostende nobis, Cinglij scri-
 pta, conciones, disputationes, vel documenta alia, quibus Cinglium, ante Luthe-
 rum, impetum fecisse in Papatum, probari possit. Ostende, si vir es, si lubet & si
 ullum superest tibi pectore robur! 9. ob hoc cæptæ reformationis opus, Luthe-
 rum nostrum tertium & ultimum Eliam rectè vocari, videbis, è concionibus de
 Thaumasiandro Lutherò, Clarissimi Theologi Dn. D. Hoe, ubi in viginti ac pluri-
 bus membris, duabus concionibus, comparisonem inter Lutherum & Eliam tra-
 ctavit: itemq; è cap. 13 Dn. D. Philippi Nicolai p. m. libro de Antichristo, p. 240 &
 seqq. & anne absurdum est, tertium statuere Eliam, post primum, Thesbiten, &
 secundum, Joannem Baptistam? Non ita. Quid enim, si in sacris Eliam tertium
 (Lutherum) nominari demonstravero? Ita certè existimo. Nam Matt. 17, si
 attentè textum consideres, de gemino Elia Christum loqui, de futuro, tertio, &
 præterito, secundo, videbis. Quærunt enim ejus discipuli v. 10, eum scribæ dicant,
 quod Eliam oporteat venire prius? ad hanc quæstionem ille responder v. 11: Elias
 quidem VENIET prius, & restituet omnia. En habes promissionè & vaticinium de
 Elia futuro, tertio, (Luthero) cujus proprium erit restituere omnia! Sequitur de
 Elia præterito v. 12; verùm dico vobis Eliam VENISSE. En habes quoq; E-
 liam secundum, Joannem Baptistam! Ais XI. Concordiam in Saxonia à Solo
 Philippo non Luthero conservatam. Resp. Concordiâ fucatâ melius est pro pietate
 dissidium, ait Nazianzenus. Maledicta concordia, quæ cum contumelia Dei, &
 eum veritatis jactura conjuncta est, ait Lutherus. Talem autem fuisse illam Phi-
 lippisticam, ut & plura, quæ huc pertinent, cap. 3. ostendemus. Veritatem & pa-
 cem Deus conjunxit Zach. 8. v. 16. Eph. 4. v. 3. 2. Tim. 2. v. 22, quam suavis-
 simam copulam, non oportet nos, cum Philippo, divellere: sed si ab una parte lædi-
 tur veritas, pax ex altera consistere non potest. Ais XII. In Luthero affirmum bu-

manorum, ira inprimis, fuisse ferorem, & impetum, cui indulserit, Philippum autem non vehementiā certasse, sed moderatione & prudentiā Principum iras lenisse: & cujus commensurationibus aliqua correcturus fuisset Lutherus, & de vehementia, in hoc conflictu plurimum remissurus, nec Pontificijs ad sui idoli defensionem tantum concessurus, nisi extitissent, qui inflammatum, vehementius incitarent. Resp. 1. Inanire mundo videntur, qui ardentiore zelo pro veritate depugnant Act. 26. v. 24: quidni ergo & Philippistis, qui de mundo: 2. Fateor equidem, optimam in genere, & descriptionum Theologicarum formam esse, quæ, juxta illud Hieronymi ad Pammach. & Ocean, omittit personas: rebus tantum & criminibus respondet, nec maledicentibus remaledicit, cum præceptum sit, malum pro malo non esse reddendum. Verum Christi, Prophetarum & Apostolorum exempla, evidenter demonstrant, sæpius adversariorum hypocrisin, contumaciam, pervicaciam, blasphemias, eo Orthodoxos impellere, ut, in respondendo, aliquam, sed secundum scientiam, adhibeant, acrimoniam, perfecto odio adversarios prosequendo Psal. 138. v. 22, arguant, objurgent, 2. Tim. 4. v. 2, rigidè inerepent Tit. 2. v. 13. Id enim ipse Salvator vult, cum inquit Matt. 5. v. 13: Vos estis sal terræ: quod si sal infatuatum fuerit, quo salietur? Hæc Christi, Prophetarum, & Apostolorum exempla, qui imitari derectant, & moderati vel pacifici potius, quam viri rixarum à mundo dici volunt, hos non Doctores veros, sed seductores meros esse, certum est. 3. Si quis morosus examinet, quibus hydra hæretica Christi personam & doctrinam impetit, in multis orthodoxis vehementiam vehementiorem desiderabit, nec, cum Pareo in Irenic. p. 7, vevebit, utinam Brontes aliquis, vel Vulcanus ipse, omnes illas maledicas chartas (Lutheranorum vehementiora in Calvinianos scripta, intellige) quæ hæcenus orbem Christianum perturbant, devoraret! 4. de Romana Thaide dicitur in specie: Apocal. 18. v. 6: Reddite ei sicut & illa reddidit vobis: & duplicato ei duplum secundum opera ejus. Numerent ergo simplum molliculi, qui in æmentis suæ abacum, periculum, quod ab illa Ecclesiæ creatur, nunquam intromittunt. 5. Quos carni humanæ ascribunt Philippistæ affectus, illos scriptura laudat, & ὀργηται, impetum, appellat Apocal. 18. v. 21. 6. Ipse Aristoteles, per ea, quæ habet 4. Eth. Nic, vehementiam, quam hi censors carpunt, laudandam esse judicasset. 7. observatione dignum est, in veritatis causa contra Pseudo Apostolos asserenda, quo quæq; posterior est scripta Epistola Pauli, eo majorem in illa Spiritus ardorem conspici, id est ut vulgo loquuntur, vehementiā, sive acrimoniam, cujus rei solius gratia, Chrysostomus, operæ pretium esse censet, si in tempus scriptæ ejusq; Epistolæ diligens fiat inquisitio. Quæ scribendi acrimonia non impatientiæ carceris, non senili morositati, sed, unicè, Spiritus fervoris & divini amoris incrementis tribuenda est. Hodie, in nostro ordine, juvenilis ætatis proprius esse videtur fervor, senibus quibusdam languidius causam veritatis agentibus, quod cum quibusdam alijs, Politicis, (qui ad formam aularum hujus mundi, regimen cœlestis aulæ accommodatum cupiunt, fortè juxta Ioan. 18 v. 36.) prudentiæ incrementis, experientiæ, & judicio tribuunt, & propterea vehementiam.

etiam illam juvenili ætati condonant, quæ, crescente ætate, decreſcat. Sic nempe
 qui vix Theologiam per tranſennam inſpexerunt, ſe zeli Theologorum confi-
 tuunt judices, ſed abſq; judicio; cum ſenes, ſi modò incrementa in iſſis ſumat
 pietatis amor, ferventius cauſſam veritatis tueantur: cujus dum nunc paſſim ſit
 contrarium, & Polycarpi aliorumq; veterum, zelus exulat, vel hoc argumento li-
 quer, ambitione corrupti, languore deſeri à pleriq; religionis cauſſam, quæ gravi
 zelo gnæviter erat aſſerenda. Hanc vehementiam, ſene Theologo dignam, quia
 D. Iacobus Andrea p. m. contra Philippiſtas & Calviniſtas maſculè adhibuit, ob
 id, à Philippiſta quodam, eoq; muſteo vitiligatore, ut ferreæ frontis homo argui-
 tur. Miram verò reprehentionem! quid audio? annon Theologus debet habere
 frontem ferream? At ego putaram, Theologum, totum debere eſſe ferreum. Sic
 enim ad Jeremiam Dominus: ego dedi te hodie, in columnam ferream: & in-
 murum æneum: & bellabunt adverſum te, & non prævalebunt, Ier. i. v. 18. 8. Præ-
 terea, quantum Lutherum attinet, quem Deus, ſingulari zelo, adverſus hoſtes
 pertinaciſſimos, potentiſſimos, impudentiſſimos, Papicolas, Cinglicolas &c, in-
 ſtruxit, non ut eos leniter palparet & ſcalperet, ſed graviter adoriretur, ſcire debe-
 bant Philippiſta, Deum quovis tempore, doctrinæ Reformatores, heroico & ar-
 denti zelo inſtruxiſſe, ut Moſen Exod. 32. Pineham Num. 25. Pſal. 106, Eliam 1.
 Reg. 18. Opinor, ſi Philippiſtas interrogaviſſent, Moſes, Pinehas, Elias, num rectè
 factum, quod ille adeo graviter idololatriam, iſte ſcortationem populi, hic Baali-
 ticos cultus vindicaverint, reſponſiſſent, lenius agendum, moderationem Philip-
 picam adhibendam, Moſi tabulis Dei manu inſignitis parcendum, Pinehæ mode-
 ratius procedendum, Eliæ Regis & Reginæ iram leniendam fuiſſe. Pulchre! 9. Co-
 gnoſcite quoq; viri Philippiſta, quid de zelo hoc Lutheri, non tantum hoſtis Lu-
 theri, Oecolampadius lib. de auric. conf. p. 15, ubi Lutherum vocat Theologum
 egregium, purè Chriſtianam eruditionem admirabili zelo jungentem, ſed & no-
 vellus, Brighmannus veſter, judicet. Qui quaſi apologiam veſtræ criminationi
 opponens, ita ſuper c. 14. Apocal. p. 389 commentatur: Hic angelus, inquit, fuit
 Martinus Lutherus. Spiritus hîc illi tribuit turbulentam & plenam tumultus con-
 cionem: Ac nemo quidem eſt, qui ſancti illius viri locutiones guſtaverit, cui
 non videatur cœleſtem veritatem ſpirare: Sic paſſim iacaleſcunt & ardent, &
 igneo quodam fervore flammant. Multi majorem moderationem & modeſtiam
 deſiderabant, ſed hinc videre licet, quo inſtinctu ferebatur. Mundus laborabat
 gravi veterno: qui non potuit exuti, niſi vehemētius intonaſſet, aſperius egiſſet, &
 admoviſſet aculeos. Res magni tumultus & turbatū. Sed nō volvitur rotā ſine ſtre-
 pitu. Et poſt pauca: aculeata hæc verba Lutheri, nō erant hominis & irritati adverſa-
 rij, ſed quæ Sāctus Spiritus illi ſuggeſſit. Hæc ille. 10. Exēplū in ſcriptis Lutheri im-
 modicæ & eo viro indignæ vehementiæ oſtendite, & ut cum Comico loquar, è veſtra
 opulentiæ depromite. Neq; n. tanti eſtis, Philippiſta, ut non ſinī Delphica à vobis
 edi Reſponſa exiſtimemus. 11. Quenā verò eſt illa Philippi moderatio, quā iras Prin-
 cipum lenivit! Principes illi aut amplectebantur Lutheri doctrinam, aut non. Si
 prius, quid opus fuit apud eos, lenimentis? cum ij omnes Lutherum amarint, e-

jusq; institutū probarint. Si posterius, ejus rei exempla nobis producite, aut si vobis
 integrū nō est, à nobis parū vobis honorifica, cap. 3, expectate, vobisq; ipsis, quod
 hæc camarina cōmota adeo fatebit, imputate. Videbimus n. fuisse illā Philippi mo-
 derationē, nihil aliud, quā effœminatā, Theologo indignā, molliriē, timiditatē, adu-
 lationē, ē consideratione politicæ pacis & tranquillitatis profectam, quam ipse Ari-
 stoteles nō in laude sed vituperio ponit. l. 3. Eth. c. 10. 11, quā scriptura dānat Galat.
 1. v. 10. Eph. 6. v. 6. Col. 3. v. 21. Ier. 6. v. 14. Ezech. 13. v. 5. Patres de placan-
 da Principum & Regum ira, quam adversus Evangelium conceperant, adeo non
 fuerunt solliciti, ut magno illam animo contemnerent, & magis inflammarent.
 12. Quanquam quid de moderatione Philippi habendum sit, si non placet ē nobis,
 saltem ē proprio cognoscite Prophetā, Lampadio, qui, in prodrōmo contra D.
 VVeberum, Melanchthon inquit, mollius, quā virum constantem decebat, in-
 terdum suam sententiam proposuit. 13. Qui præterea affectus pessimi, Philippi
 occupaverint animum, inferius patebit; de Philippistis constat, eos, affectuum
 humanorum morbo, iræ et odij potissimū laborare. Vide vel solum Catalogum,
 quem ē Reucorianorum scriptis collectū V Vitebergenses Theologi in fine apolo-
 giæ consignarunt: ubi quā furentur in V Vitebergenses debaccheantur, videbis: ad-
 de his alia ipsorum contra Lutheranos scripta. Deus bone, quanta ibi blasphemiarum
 strues, quanta conviciorum farrago, quibus vivere videntur hi homines non
 aliter ac Salamandra igne! Nos in lutulenta illa convitiorum palude lintrem cir-
 cumducere nolumus. 14. Quorsum autem illa fabulā, de correctione Lutheri futu-
 ra, & concessione Pontificijs facta? immò quorsum illa de susurrionibus (D. Ni-
 colaum Ambsdorffium Episcopum Naumburgensem præcipuē intelligunt) quo-
 rum instinctu Lutherus in certamine Sacramentariis incitabatur, *vidoeia?*
 de quā nos ita sentimus: ut is, qui veritatem verbi divini viriliter defendit, cul-
 pari non potest, sic nec illum, qui alium, ut id faciat, rectē admonet, instigat, sed
 utrumq; laudem mereri. Ais XIII. *Inter polemica*, puta, quæ contra Cinglia-
 nam sectam sunt edita, & *didactica Lutheri scripta*, accuratē esse distinguendum,
 quia illa, utpote affectuum plenæ, non habēant, cum his, eandem certitudinem. *inter*
Philippi scripta non item. Resp. 1. Unde hæc, quam, ceu Gorgonis caput, subinde
 objicitis, distinctio? cum N I H I L. Q U I C Q U A M. contineatur, in pole-
 micis Lutheri scriptis, quod non in ejusdem assertum reperiat didacticis? Nimi-
 rum, hoc artificio, scripta Lutheri Polemica, affectuum (sed divinorum) plena,
 quibus omnem Calvinistarum religionem invictē elisit, tollere vultis ē medio.
 2. Quantum potissimas inter nos controversias, de majestate & præsentia Chri-
 sti, in terris secundum humanam naturam, attinet, eadem quæ in Polemicis, con-
 tineri quoq; in Lutheri didacticis, prolixē demonstravit Dn. D. Hünnius p.m. in li-
 bro de persona Christi pag. 330. & seqq. edit. anno 95; de S. cœna autem, peculia-
 ri libro idem ostendit Dn. D. Leuchterus, edito Darmstadtij anno 1607. 3. Quid
 etiam illud monstri est, quod duas Lutheri confessiones, majorem & minorem,
 inter scripta Polemica refertis, cum tamen uterq; liber sit homologeticus, ē pro-
 fectu didacticus, & inter optimos Lutheri libros computandus? Neq; enim ad-
 versa

versæ partis refutatio statim confici tuit librum Polemicum : nisi ipsa Prophetarum & Apostolorum scripta, PseudoProphetis & Apostolis opposita, tantum velitis esse polemica, & ut quidam Sacramentarii Lutheri scripta appellant, eristica. De Philippi scriptis suo loco. Ais XIV. *Lutherum suam de S. Cœna doctrinam è Scholasticis & Pontificijs hausisse, è quibus pleræq; ad verbum in præstantissimis suis scriptis descripserit, & in ea supina ignorantia, de S. Cœna, usq; ad finem vitæ fere, hæserit; Philippo suam è S. scriptura & Patribus colligente.* Resp. Vetus hæc est, & ab ipso Carolo studio, sectæ hujus propatruo; usurpata jactantia; quâ ille videri voluit, Pontificias idolomanias solus prostravisse, Lutherum penicillo obiter saltem strinxisse. Cui Lutherus: *Rühme dich Reuplein / dein Vater war ein Kolwurm.* Monstra autem nobis, hanc è Papistis descriptionem, has Papisticas pennas, hanc supinam ignorantiam, in Luthero: nomina librum, has Papiam: quod, etsi aliquot millia candelarum accendas, omnesq; Lutheri libros, ab eo tempore quo in omnibus doctrinæ Christianæ capitibus veram & immortalem sententiam conceperat, hoc est, ab anno 1528, accuratissimè perlustrares, non poteris. Sed, credò, de probatione haud magis hos calumniatores sollicitos fuisse, atq; de nive Anaxagoræ. Præterea, quid Lutheri doctrina, de Cœna, cum Pontificijs superstitionibus, commune habet? Ne gry, ne my, ne hy, ne chi quidem: quod ipsi Pontificij agnoscunt, ipse Lutherus quoq; in minore sua confessione ostendit. Et conclusionem argumenti diversam, & medium concludendi, seu argumentum aliud habet Lutherus, quàm Pontificij, ut partim, in Centurijs nostris de Cœna, cum Deo, ostendimus, partim alibi ostendimus, quomodo ergo eorum pennas causam suam texit, & defendit? Unde autem, è quibus hæreticis (non S. scriptura, non Patribus) ætatis postremæ Philippus, sua collegerit, & magnam quidem partem, plurimis scholasticorum & Pontificiorum adulterinis textus in Ecclesiæ theatrum prosilierit, eorumq; cristis pileum mirè exornavit, cap. 4. ostendetur. Interim obscurum non est, quid hos homines mordeat, quod Lutherum & nostras Ecclesiās subinde sugillant, quasi Papales retineamus stipulas. Causa hæc est, quod Berengarius, dogmatis Calviniani, de S. Cœna, in Europa (fuit enim Andagavenfis in Gallia Diaconus) primus auctor, circa annum Christi 1045, sub medio Papatu, Pontificatu nempe Nicolai II, ut Platina & Lanfrancus annotarunt (quanquam in tom. 2. conciliorum illa synodus ad Nicolaum I. referatur) damnatus est, palinodiam cecinit, quæ legitur in decretal. dist. 2. de consecrat. cap. ego Berengarius: ejusq; sophismata, quæ hodie Calviniani & Philippistæ adhibent, à scriptoribus illis, Lombardo, Thoma, Durando, Hugone, Gabriele, & similibus postea refutata sunt. Hæc ipsissima hujus accusationis causa est. Quasi verò assertio veræ præsentis corporis Christi in S. Cœna, in Pontificatu primum orta, & non multo ante tempore ab ipso Christo, Apostolis, & orthodoxis Patribus tradita fuerit? Ais XV. *Disputationes à Luthero fuisse horridius exasperatas, extra tramitem medium abductas, quæ Lutherus obscure, sparsim, diffusè & germanicè tradidit, ea à Philippo illustrata, in methodum, ad discipulum captum, reducta, & latè ad gentes ex-*

terat,

veras; & nostra lingua imperitas, propagata fuisse: nihil scripisse Lutherum, quod non
 in examine, locis communibus, & corpore doctrinae Philippi, plenè & solidè continetur,
 in Methodicè, ut NEMO utiliter docuerit, qui huius neglexerit methodum. Resp. 1.
 Disputationes à Lutero horridius exasperatas non fuisse, jam supra diximus, unde verò
 probabis, extra tramitem medium abductas? Dices fortè, Lutherum, Islebiam, subitum
 mortuus est, jam profecturum, & collegio Theologico valedicturum, factum esse, se, in op-
 pugnandis Cinglianis, modum & limites excessisse: rogasse igitur Philippum, ut ipse
 moderato aliquo scripto, post Lutheri mortem, controversiam Sacramentariam mitiget:
 sibi enim (Lutero) id non licere, ne totam suam doctrinam, tali revocatione, de errore
 suspectam redderet. Ita n. fabulantur Neostadiensès, Heidelbergensès, Embdensès, Bremè-
 ses, & quidè Heidelbergensès, id probant testimonio M. Pfulmāni Pastoris Naburgensis,
 qui idem è D. Alexio olim Professore Theologo in Academia Lipsiensis intellexerit. sed
 quā fronte? Nam hic testis à pientissimo Electore Palatino, Dn. Ludovico, de testimo-
 nio interrogatus, invocato Dei nomine, gravissimā obestatione, palam confirmavit, sibi
 huiusmodi testimonium, per apertum mendacium, à Calvinianis affingi. Simili ratione,
 ipse temporis calculus, vanitatem huius mendacii prostituit: Nam 17. Jan. anni 46, b. e.
 quatuor diebus ante illud colloquium, expressè Cinglianos & Tigurinos damnavit, in epi-
 stola ad Jacob. prapof. Bremensem, 12. autem Januarij, ejusdem anni, in concione,
 quam postremam Vitebergæ habuit, maximo zelo Vitebergensès hortatus est, ne Sa-
 cramentariorum doctrinam reciperent, & baptizatus, metuere se, ne Diabolus à fide ipsos
 abducat. Deinde post hoc commentum Hale in transitu, 26 Ianuar. pro concione populū
 fidelissimè monuit, ut sibi à Sacramentarijs caverent, quos etiam, triduo ante obitum, 13.
 Februarij, Islebij, postremā omnium, quam habuit, concione, damnavit; quæ conciones
 extant tom. 8. Jenensi. Adhuc certum est, Lutherum, Islebij, paucis, ante finem vite, die-
 bus, multis presentibus præstantissimis viris, inter alia, hæc quoq; in mensa locutum
 esse: Si me Dominus aliquantisper adhuc superstitem esse volet, tria adhuc perficiam, &
 postea ad placidam in Christo quietem me componam. Interrogatus, quam illa es-
 sent? respondit: Se primum ad propositiones Theologistarum Lovaniensium responsurū;
 secundo, contra argenteos Ictos, qui, principibus inter se concitatis, omnium turbarū au-
 ctiores existant, scripturum, Tertiū, unum adhuc scriptum, contra Sacramentarios, se a-
 dornaturum & postea labori ac vitæ finem impositurum esse. Deniq; in ipsa beatissime
 animæ expiratione, suam doctrinam, hætenus traditam, à D. Justo Jona, interrogatus,
 sonorā aspiratione, approbavit, in qua constanter mori cupiat. Confer D. Morlinum,
 scripto, wider der Heydelberschen Theologen Landlügen. 2. Quæ de scriptis
 Lutheri & Philippi, adjiciunt, Philippistæ, ijs breviter, hoc volunt; Lutherum eā non fu-
 isse instructum docendi facultate, quam à Doctore Ecclesiæ, exigit Apostolus 1. Tim. 3.
 Philippum autem optimè. Tria enim sunt, quæ in doctrina qualibet considerantur, ve-
 ritas, ordo, perspicuitas; quæ omnia Lutero adimunt, Philippo transcribunt. Cui calu-
 mnia, (ut testimonij Philippi in præfat. tom. 3. Luther. & cōment. in Genes, qui dexte-
 ritatem Lutheri, in interpretando, omnium aliorum scriptis præfert, taceam) Lutheri &
 Philippi scripta, inter se collata, singulis fere paginis, contradicunt. Neg. tamē suā Philipo
 laudem detrahimus, quam Lutherus ipsi tribuit, quod amplissimas doctrinas, in scho-
 lastica

laſſice iuventutis commodum, contraxerit & in brevia compendia redegerit; quanquam illud,
quod, quicquid in Lutheri ſcriptis extet, id omne in compendijs ſuis Philippum comprehendiffe
dicitur, non ſolum prodigioſe falſum, ſed & ridiculiſſimum ſit. Crudam, inſipidam & contu-
melioſam illam ſententiam, hominis in ſole caligantis, de Philippi methodo, quam qui negle-
xerit, utiliter non docuerit; conculcandam potius ſentio, quàm conſutandam. 4. illud autē
prætereundum non eſt, quod non obſcurè Lutheri ſcripta in contemptum adducere conantur,
Philippiſtæ, quaſi illa indoctis germanis ſaltem cognita fuerint, Philippi autem, exteris. Hinc
non deſunt, qui per contemptum, Lutherum vocarint, den deuſſchen Nerten. Contra
aſſirmamus nos, niſquam, ſive Galliam, ſive Italiam, ſive Belgium, ſive alias exterarum nationes,
ſeſis, Philippi compendia & libellos penetraſſe, ubi non prius, Lutheri ſcripta, januam Eſan-
gelij aperuerint. Ecce enim! annon ſcripta Lutheri in manus Pontificis, Leonis X, jam ante
deſcenderant, priuſquàm Philippus Vitebergam? annon Eccius, Priarius, Hochſtrat, Car-
dinalis Cajetanus, tota Academia Loſaniensis, facultas Theologica Colonienſis, anno 1518,
1519, cum Philippi nomen adhuc ferme ignotum eſſet, Lutheri libros, intra & extra Germa-
niam legerunt, oppugnarunt, igni adjudicarunt, combuſſerunt? annon Lutherus ipſe Poſſil-
lam, editam anno 1521, optimum ſuorum librorum, quos ante id tempus ſcripſerat, operâ
Buceri, in exterarum nationes, cum Sacramentarij veneni admixtione, penetraſſe conqueritur?
Quid dicam, de bulla Pontificis Romani, anno 1520, per uniuſerſum orbem Chriſtianum, di-
ſulgata? quid de furioſo Pariſienſium Theologarum, contra Lutherum, edito decreto? quid,
de Henrici, Regis Angliæ, in Lutheri doctrinam, libro acerbiffimo? quæ omnia oſtendunt,
doctrinâ Eſangelij, miniſterio Lutheri, Italie, Gallie, Angliæ aſſuſſiſſe, antequàm Philippi ſcripta
haberentur, legerentur. Ais XVI. Lutherum non tam forti fuiſſe pectore, quàm Philippus,
hoc nomine haud à tergo hoſtibus notus; idq; probas: quia Lutherus privatim tantum, Augu-
ſtæ, cum Cajetano collocutus ſit, clam ab eo diſceſſerit, VFormatie cauſſam ſuam tumultuariè
egerit, Caſarèq; mitiſſimū habuerit: è cōtra, Philippus ſæpius, nō abſens, ſed præſens cū acerrimis
hoſtibus dimicavit, omnibusq; prælijs, in comitijs & colloquijs, non ſolum interfuerit, ſed & præ-
fuerit: cujus etiam ſuggeſtione, Lutherus Lipſiæ Eccium proſtravit. addis in anguſtias Luthe-
rum in Marpurgenſi colloquio redactum eſſe, ut nihil amplius reſpondere potuerit. Reſp. Eſcſis
quid audio? an tam forti præ Luthero, Philippus, pectore, ut hoſtibus etiam, eo nomine, notus
fuerit? Miram dictū, de illo Philippo, quem Piſandro timidiorem fuiſſe, res ipſa loquitur. Ad
epiſtolas D. Jone & Lutheri, Eſvidebis: quorum ille, in Epiſtolis ad Lutherum, mirabili Phi-
lippum triſtitia, & nimium, ob publicam cauſſam affici, & AFFECTU VINCI, teſtatur: hic,
in epiſtola ad Philippum, ego, inquit, tuas miſerrimas curas, quibus te ſcribis conſumi, vehe-
menter odi, quod ſic regnant in corde tuo. Non eſt magnitudo cauſſæ, ſed magnitudo incred-
ulitatis noſtræ. Was fan der Teuffel mehr, denn das er uns Erwürge. Obſe-
cro te, luctare contra te ipſum, maximum hoſtem tuum, qui Satana tantum armorum contra
te ipſum miniſtræ. Ipſe Philippus in epiſtol. ad Lutherum, quàm puſillanimis! hui, ut quiri-
tatur, ut lacrymatur! Quapropter dum in Philippo majorem fuiſſe, quàm Luthero, fortitu-
dinem, aſſeris, nā ridiculus es. Urget quidem: Lutherum privatim tantum Auguſtæ, cum Ca-
jetano, collocutum eſſe; at toto erras cælo. Nam Lutherus 1. Auguſtam, publice, hoc nomine,
citatus & miſſus fuit 2. Cajetanus non ſuo ſed Papæ nomine hoc colloquium inſtituit. 3. Ma-
ximilianij. 4. Imperatoris auctoritas acceſſit, qui ſalvum conductum, ad hoc colloquium, Luthe-

pro clementissimè impertibit. 4. non solus Cajetanus cum solo Luthero, sed in presentia aliquor
præstantissimorum virorum, immo etiam à Cesarea Majestate deputatorum, collocutus fuit,
anno 1518. Vide Luther. tom. 1. Jenens. fol. 186. Quamquam, cum privatum colloquium, supe-
rioribus nundinis, potueritis mutare in publicum, cenè scripto Tossani pag. 40 contra D. Hoe,
apparet, non mirum erit, si hoc publicum mutetis in privatum. Urges insuper: Lutherum clama-
re à Cajetano Augustâ discessisse: sed quâ hac effutis fide? Ita enim sentio: Qui de voluntate &
mandato Cajetani, adeog. jussus, Augustâ discessit, & se discessurum prius Cajetano signifi-
cavit, ille clam aufugisse non dicitur, sine mendacio. At ita discessit Lutherus, ut partim è Slei-
dano, partim ex epistola Lutheri ad Cajetanum & Electorem Fridericum, colligitur. Ergo. Ur-
ges: Lutherû causâ suâ VVormatiæ dîtaxat tumultuariè egisse; at quo teste? Quin potius,
Lutherus, ne in illis comitijs, corâ Cesarea Majestate & imperij ordinibus, tumultuariè quid
ageret vel egisse putaretur, priusquâ ad ea, quæ ipsi proponebâtur, responderet, deliberandi spatium
petijt, eog. impetrato, distinctè, animosè, constâter & perspicuè, ad singula respôdit. Nec quicquâ
tumultuariè actum, à Luthero, in illis comitijs, occurrit, sed omnia circumspèctè, omnia prudè-
ter, quod nemo negaverit, nisi cui cornea fibra est. Quorsum verò, quod Lutherum habuisse mi-
nistissimum Cesarem inculcas? an, ut Cesarem extollas? Vel potius, quod res ipsa ostendit, ut Lu-
thero maculam aspergas, quod, nisi de miti & propitio Cesaris animo edoctus, nunquam
causæ suæ rationem VVormatiæ redditurus fuerit? Spissum verò & prodigiosum hoc est mē-
dacium. Nā 1. quis ignorat, Lutherum cū à multis sollicitaretur, ne VVormatiæ compareret,
quia se verum contra ipsum ibi jam latum esset decretum, respondisse imperterritè: Mihi verò,
qui vocatus sum, decretum est, ingredi urbem, in nomine Domini Jesu Christi, etiamsi scirem,
tot Diabolos mihi oppositos, quot sunt tegule, in omnibus totius urbis testis. 2. etsi Carolus
V. fidem datam & adscriptam violare noluit, an propterea Luthero fâbit? Neutiquam: nā
audito ejus responso, Lutherum publicè proscripsit, omnibusq. mandavit, ut post 21 dies, quos
ad reditum ei concesserit, quisq. det operam, ut illum capiat, & captū in quam potestâtè per-
ducat. Hæc de Luthero, audiamus etiam quid è contra de Philippo afferas? & qui Luthero præ-
feras? hunc nempe non absentem, sed præsentem, cum acerrimis hostibus dimicasse, omnibusq.
prælijs, in comitijs & colloquijs, non solum interfuisse, sed & præfuisse, celebra. Dignum en-
comium, quod ab adulatore Philippi profisciscatur! Nam quibus præfuit Philippus colloquijs?
quos acerbiores hostes habuit, quàm Lutherum habuisse, publica monumenta ostendunt? quā-
do in tanto Cesaris, Electorum, omnium imperij ordinū, confessu, ut Lutherus VVormatiæ, vel
verbum dixit? quando ita à Cesare & Pontifice excommunicatus, publicè proscriptus, à tam
magnis, tam multis hostibus, ita crudeliter, ut Lutherus, oppugnatus fuit? Diligens antiquita-
tis evolutio ostendat, post Apostolorum tempora, non fuisse virum, qui cum tot acerrimis ho-
stibus tam masculè congressus, à nullo illorum vel corporaliter vel spiritualiter victus fuit.
Quod addis: Philippi suggestione, à Luthero, Eccium prostratum fuisse, falsissimum est. Et qui
in Theologicis, Lutherus, qui doctrinam suam neg, ab hominibus, neg, per homines se accepisse
ad Electorem Saxonie gravissimè scripsit, opus habuit suggestione Philippi, qui ad Philosophiâ
imprimis docendam vocatus erat? Ad acta Augustanæ confessionis, & videbis cōtrariū, quoties
sc. & quàm sollicitè Philippus Lutheri consilium & judiciū petierit, & quàm unice Princeps ipse,
licet Philippū secū haberet, à Lutheri consilio in gravibus rebus pependisset: illud verò quod sub-
jicis, de Luthero, ad angustias in colloquio Marpurgensi redactū, quàm falsum sit, colloquijs
acta testantur. Quæ hoc capite excutienda restant, de ijs, sequentis disputationis capitulis, de
Philippismo, cum Deo, commodius.

SSS

*fastice iuventutis commodum, contraxerit & in brevia compendia rede-
 quod, quicquid in Lutheri scriptis extet, id omne in compendijs suis Pb
 dicitur, non solum prodigiose falsum, sed & ridiculissimum sit. Cruda
 meliosam illam sententiam, hominis in sole caligantis, de Philippi me-
 xerit, utiliter non docuerit; conculcandam potius sentio; quam confu-
 pretereundum non est, quod non obscure Lutheri scripta in contemptu
 Philippistae, quasi illa indoctis germanis saltem cognita fuerint, Philippi
 non desunt, qui per contemptum, Lutherum vocarint, den deu: sch
 affirmamus nos, nusquam, siue Galliam, siue Italiam, siue Belgium, siue
 belis, Philippi compendia & libellos penetrasse, ubi non prius, Lutheri
 gelij aperuerint. Ecce enim! annon scripta Lutheri in manus Pontificis
 dedenerant, priusquam Philippus VVitebergam? annon Eccius, Pr
 dinalis Cajetanus, tota Academia Lo: sanensis, facultas Theologica
 1519, cum Philippi nomen adhuc ferme ignotum esset, Lutheri libros,
 etiam legerunt, oppugnarunt; igni adjudicarunt, combusserunt? anno
 lam, editam anno 1521, optimum suorum librorum, quos ante id tem-
 Bucer, in exterarum nationes, cum Sacramentarij veneni admixtione, p
 Quid dicam, de bulla Pontificis Romani, anno 1520, per uniuersum o
 bulgata? quid de furioso Parisiensium Theologastorum, contra Lut
 quid, de Henrici, Regis Angliae, in Lutheri doctrinam, libro acerbissimo
 doctrinam & agely, ministerio Lutheri, Italiae, Galliae, Angliae affulsisse, a
 haberentur, legerentur. Ais XVI: Lutherum non tam forti fuisse pe
 hoc nomine haud à tergo hostibus notus; idq; probas: quia Lutherus pr
 ste, cum Cajetano collocutus sit, clam ab eo discesserit, VVormatiae cau-
 egerit, Cesaricq; mitissimū habuerit: è cōtra, Philippus sepius, nō absens,
 hostibus dimicavit, omnibusq; praelijs, in comitijs & colloquijs, non solū
 fuerit: cuius etiam suggestione, Lutherus Lipsiae Eccium prostravit. ad
 rum in Marpurgensi colloquio redactum esse, ut nihil amplius responde-
 quid audio? an tam forti prae Luthero, Philippus, pectore, ut hostibus
 fuerit? Mirum dictū, de illo Philippo, quem Pisandro timidiorem fuisse
 epistolas D. Jona & Lutheri, & videbis: quorum ille, in Epistolis ad L
 lippum tristitia, & nimium, ob publicam causam affici, & AFFECTU
 in epistola ad Philippum, ego, inquit, tuas miserrimas curas, quibus te
 menter odi, quod sic regnant in corde tuo. Non est magnitudo causae, s
 litatis nostrae. Was kan der Teuffel mehr/denn das er vi
 cro te, luctare contra te ipsum, maximum hostem tuum, qui Satana to-
 te ipsum ministras. Ipse Philippus in epistol. ad Lutherum, quā pusil-
 tatur, ut lacrymatur! Quapropter dum in Philippo maiorem fuisse, q
 dinem, asseris, na ridiculus es. Urges quidem: Lutherum privatim tan-
 jetano, collocutum esse; at toto erras caelo. Nam Lutherus 1. Augusti
 citatus & missus fuit 2. Cajetanus non suo sed Papae nomine hoc colloq
 ximiliani. I. Imperatoris auctoritas accessit, qui saluum conductum, ad*

